




ehβ


Sammeiband

13





M. JO. HIERON. de WEDIG,  
Ecclesiastæ Wittembergensis,  
**H O R Æ**  
**HOMILETICÆ,**  
*Hoc est,*  
**P R Ä C E P T A**  
**C O N C I O N A T O R I A,**  
Privatum hactenus tradita,  
nunc vero *summa* *summa* *summa*  
*In usum Dnn. Auditorum*  
typis expressa.



---

Wittembergæ Saxonum,  
Apud MEYERUM ET ZIMMERMANNUM.  
M. DCCI.

M 70 HIRSON D 5 A E D I C  
Burgoyne's Newspaper Library

H O R A  
HOMILETICAE

PRAECEPTA

CONGREGATIONIS

LIBRARIAE

scripsit



1939.9.6.4

M DCCXI

ORDINI THEOLOGORUM  
in Alma hac Leucorea  
MAGNIFICO,

VIRIS,

Summe Reverendis, Amplissimis,  
atque Excellentissimis,

SS. THEOLOGIÆ DOCTORIBUS  
AC PROFESSORIBUS  
ΟΡΘΟΔΟΞΙΑΣ

Iaude per orbem celeberrimis,

**DN. JOHANNI**  
DEUTSCHMANNO,

Suæ pariter Facultatis, ac to-  
tius Academiæ Seniori Veneran-  
do, ad Templum O. O. Sancto-  
rum Præposito emerito, Alu-  
mnorum Electoralium

Ephoro Prima-  
rio.

**DN. CASPARI  
LOESCHERO,**

Regii & Elect. Consistorii  
Eccles. Assessori Seniori gravissi-  
mo, Ecclesiæ Witteb. Pastori. &  
Vicinarum Superintendenti, nec  
non totius Circuli Ele&t. Saxonici  
Superintend. Generali vigilantis-  
simo, h. t. DECANO  
Spectatissimo.

**DN. PHILIPPO  
LUDOV. HAN-  
NEKENIO,**  
Jamjam laudati Consist. Ec-  
cles. Assessori gravissimo, & h. t.  
**RECTORI ACADEMIÆ  
MAGNIFICO.**

DN.

DN.  
**JO. GEORGIO  
NEUMANNO,**

Alumnorum Electoral. E-  
phoro Spectatissimo, & Acade-  
mia BIBLIOTHECARIO  
bene merentissimo,

*DNN. ac Patronis suis,  
Promotoribus item, atque in CHRI-  
STO Patribus, ad cineres  
bi his usque colendissimis,*

Hoc, qvicqvid est opellæ Theolo-  
gicæ, in publicum æternaturæ obser-  
vantiæ ac mentis gratæ  
documentum

**D. D. D.**

*AUTOR.*

)( 3      **VIRI,**

VIRI,  
SUMME REVERENDI, MA-  
GNIFICI, AMPLISSIMI EXCEL-  
LENTISSIMI QVE,

*Domini ac PATRONI, PROMOTORES  
item, ac PATRES INCHRISTO, ad  
cineres usque colen-  
disimi,*

**Q**uod magnis VESTRIS  
Nominibus exiguum  
hoc privatæ industriæ speci-  
men inscribere audeo, ad id  
vero non unæ me impule-  
runt ac tantum non coege-  
runt causæ. VOSeftis, PA-  
TRES REVERENDISSI-  
MI, cum Magnifico MAYE-  
RO Hamburgensi, & cele-  
ber-

berrimo VVALTHERO  
Nostro, 7<sup>o</sup> vñv ēv dīyioig, qvo-  
rum vel scholis, vel exemplis,  
vel admonitionibus etiam &  
colloquiis privatis, id omne,  
post DEUM, debeo, qvic-  
qvid in hoc studiorum gene-  
re valeo. Vos estis, qvi  
æqvissimi semper studii hu-  
jus æstimatores, & pruden-  
tissimi assertores contra ini-  
qvos illius calumniatores ex-  
titistis. Vos estis, qvorum  
effectu per qvam benevolo,  
illa, qvæ a Magnifico Ordi-  
ne Vestro mihi jam olim con-  
cessa fuit, sacratioris doctrinæ

næ scita privatim proponendi fa-  
cultas, anno abhinc tertio, restitu-  
ta & qvasi renovata est. Vos  
estis, qvorum commendatione ef-  
ficacissima, per clementissimam  
DEI gratiam, factum est, ut fre-  
quenti semper Dnn. Studiosorum  
cœtui, vice non semel repetita,  
hæc meletemata proponere licue-  
rit, & explicare. Vos estis, qvi tot  
aliis beneficiis, vel me, vel meos,  
non tam ornaftis hactenus, qvam  
oneraftis plane, ut, qvid redhosti-  
menti loco offeram, nec sciam, nec  
habeam. Eccui proinde potiori,  
præ VOBIS, jure hoc tale grati  
monumentum animi statui debu-  
isset, aut erigi? Accipite igitur,  
PATRONI, & serena fronte acci-  
pite, qvod vera erga vos pietas  
mea offert, Vestroqve judicio non  
minus subjicit, qvam tutamini be-  
nevolo commendat. DEUS au-  
tem

tem Immortalis cum Venerandam Canitiem, tum viridam adhuc ætatem Vestram, ulterius beat & prosperet, Vosque Veritati Orthodoxæ, Universæ CHRISTI Ecclesiæ, Almæ cum primis Matri nostræ, tum & VOBIS met ipsis & inclutissimis Familia vestris, omnibus etiam bonis ac probis Vestrum Cultoribus, interque illos tandem & mihi, quam diutissime salvos ac sospites, & contra omnes omnium malevolorum insultus aut machinas, fartos semper tectosque servet & tueatur.


Summorum Nominum

Vestrorum

cultor observantissimus,

M. Jo. Hieronymus de Wedig,  
Ecclesiast. Witteb.

PRÆ-



## PRÆFATIO AD LECTOREM.


**T**Ametsi tantus mei a-  
mator nunquam fui,  
L.B., ut qvicquam ametam  
elaboratum, tamque perfe-  
ctum ingenio proficiisci posse  
putaverim, quod lucem aspi-  
cere publicam mereatur; Fa-  
ctum tamen nihilominus ami-  
cissimo nonnullorum de me er-  
rore, ut autores svasoresqve  
extiterint, initi hujus, de præ-  
ceptionibus hisce Homileticis  
pralo

prælo submittendis, consilii.  
Proposui eas per DEI gratia-  
m, Magnifico Theologorum  
Nostrorum Ordine benignis-  
sime semper consentiente, &  
complurium Dnn. Studioso-  
rum affectu sic exigente, ali-  
q'boties, nec tamen una eadem  
q'be semper methodo proposui.  
Cum vero Nobiliss. Dnn. Com-  
militonibus scribendi opera  
non minus, atq'be mihi dicti-  
tandi labor molestiam crea-  
ret, & utrumq'be utrisque  
hanc parum etiam pretiosissi-  
mi temporis præriperet, pro-  
inde dupli huic incommodo

reme-

remedium inventurus, quicquid hujus  
est, typis excudi passus sum. Intelligis  
ita, Lector Benevole, quem mihi, post  
gloriam Dei, præcipuum omnium no-  
strarum actionum finem, scopum præ-  
fixerim, nullum nimirum alium, quam  
temporis lucrum, molestiaque ac la-  
boris levamentum, in futuris illiusmo-  
di generis recitationibus, si quæ per be-  
nedictionem divinam imposterum in-  
stituendeforent. Accipe igitur, Can-  
dide Lector, hæc talia qualia, & in me-  
liorem partem accipe, si que Tibi, quod  
facile conjicio, non usque quaque satis-  
factum fuerit, tumultuaria tantum  
opera, nec veteranis in hoc studio, sed  
tironibus, hæc scripta, complura etiam  
discursibus privatis, multa item fu-  
ris cum Deo temporibus reservata esse,  
memento. Interea vale in JE-  
su quam exoptatis-  
fime!

Totius



¶

*Totius hujus negotii Summaria  
DELINÉATIO.*

**H**omiliam sacram habi-  
turus , pius sit atque  
idoneus , & præmissa  
ad DEum seria preca-  
tione Textum rite af-  
sumtum , probe intelligere sata-  
gat , & ad suum eundem Genus  
Speciemque referat , ex eodemque  
Grammatice , Rhetorice & Logice  
( qvoad opus ) resoluto , omnia ipsi-  
met innata argumenta , additis sub-  
inde ( si placet , & incidunt ) ex-  
traneis , eruat , & potiora , qvæ ex

A 2 eo

eo fluunt, Porismata, eliciat in u-  
sum aut Locorum communium  
aut Applicationis adhibenda. Hoc

peracto, post electam methodum,  
de Propositione, aptisqve partibus,  
cogitet, & inventis congruentibus  
**exordiis**, atqve usibus, factaque sic  
vel mente, vel manu, generali  
quadam dispositione, elaboratio-  
nem homiliæ latus, & ope divina  
fretus, accedat, inque illud con-  
stanter incumbat, ut in conscri-  
benda pariter ac habenda concio-  
ne, gloriam DEI, Ecclesiæqve ædi-  
ficationem, pro virili promoteat,  
habitæqve concionis felicitatem  
Soli DEO transcribat, & ob eam  
**clementiæ** divinæ devotas gratias  
agat. Hinc

Potio-

¶ (o) ¶

Potiorum hujus libelli Capitum hic est erdo  
ac Syllabus:

- I. De Requisitis Concionatoris.
- II. De Materia Concionatoris s. Objec-  
to h.e. de Textu.
- III. De Subsidiis ad intelligendum Tex-  
tum facientibus.
- IV. De Textuum Generibus & Specie-  
bus.
- V. De Triplici Textuum analysi.
- VI. De Argumentis e Textu eruendis.
- VII. De Porismatibus e Textu eliciendis.
- VIII. De Methodo & Dispositione.
- IX. De Propositione & Partitione.
- X. De Proæmiis atque Exordiis.
- XI. De Usibus & Epilogo.
- XII. De Stylo, Pronunciatione, Actione  
& Memoria subsidiis.

A 3 CAP.

(6)

## CAP. I.

*De*

## REQUISITIS CONCIONA- TORIS.

Aphor. I.

*Requisitum Concionatoris pri-  
mum ac præcipuum est ve-  
ra pietas.*

*Enθεος.*

S. I.

**N**on suffragamur iis, qvi non  
præcipuum tantum & pri-  
mum, sed prorsus omne Con-  
cionatoris punctum in pietate  
ponunt atque constituunt,  
& cuivis proinde pio concionandi liber-  
tatem concedunt. Qvod hoc magis im-  
probamus, quo magis falsa ac imagina-  
ria eorum hominum plerumque est pie-  
tas. Nos veram pietatem in Conciona-  
tori

❀ (7) ❀

tore requirimus *I. Tim. III, 2. Tit. I, 6. 7.*  
 quæ unice ex vera fide originem, inque  
 ea tantum solidum fundamentum habet  
*II. Tim. III, 6. Ad. XV, 9.* Comprehen-  
 dit autem illa pietas

- 1.) *Sanam doctrinam, Scripturæ S. &*  
*Libris Symbolicis consonam; II.*  
*Tim. I, 13. I. Cor. I, 10.*
- 2.) *Justam intentionem, qva pro fine sit*  
  - a. *Gloria DEI, I. Cor. X, 31.*
  - b. *Ædificatio Ecclesiæ, Eph. IV, 12.*
  - c. *Sui, suorumque auditorum Sa-*  
*lus. I. Cor. IX, 22. I. Tim. IV, 16.*
- 3.) *Probi exempli vitam. I. Petr. V, 3.*  
*Tit. II, 7. I. Cor. IX, 27.*
- 4.) *Speciatim Precautionem devoutam &*  
*assiduam Col. I, 3. non tantum pro*  
*Ecclesia universim, & omnibus ho-*  
*minibus; verum etiam & cumpri-*  
*mis profidei suæ concreditis, & pro*  
*se ipso, proqve salutari muneris sui,*  
*& singularum ejus partium admi-*  
*nistratione; præcipue autem in sa-*  
*cro concionandi negotio, cum vel*

elaboranda, vel habenda, vel etiam  
jam habita est concio.

Studiose studium precandi in hoc stu-  
dio commendamus, experti asseveran-  
tes, fore, ut quilibet rite precatus dimi-  
dium facti se habuisse, nec laborem su-  
um, etiam si multis, & vel ipse sibi in eo  
displicerit, frustraneum fuisse, per DEI  
gratiam experiatur.

§. II. Vi hujus requisiti proinde abesse  
debent a concionatore

(1.) *Falsa doctrina* *II. Cor. IV, 2.* Nova &  
receptæ in Ecclesia doctrinæ minus  
conveniens. *I. Tim. III, 6.*

(2.) *Usus fabularum historiarumque, ca-*  
*chinnum potius, quam religionem ex-*  
*citantium* *I. Tim. IV, 7. Eph. V, 4.*

(3.) *Kedovoëla seu inanis gloriae famæque*  
*captatio* *Gal. I, 10. I. Thessal. II, 4. 6.*

(4.) *Turpis lucri divitarumque studium*  
*I. Petr. V, 2. I. Thess. II, 5. Tit. I, 7.*

(5.) *Vindicta privata, affectuumque immo-*  
*deratio*. *Rom. XII, 19. II. Tim. II, 24.*

*Tit. I, 7.*

(6.) Ge-

(6.) Generatim *Vita impia & scandalosa*,  
*I. Tim. III, 7. Ps. L, 15. 16. 17.*

(7.) Speciatim denique *Negligentia in  
precando*, quæ unicuius Christiano,  
multo magis Concionatori, verti de-  
bet vitio, & inconsiderata in tremen-  
do hoc negotio temeritatis signum  
est.

Aphor. II.

*Reqvisitum Concionatoris al-  
terum est inavortus.*

Enthesis.

§. I.

**I**navortus, quam requisitum conciona-  
toris constitui debere Paulus docet  
*H. Tim. II, 2.* & nunc *idoneitatem*, nunc  
*aptitudinem*, sed invita genuina Latinita-  
te, vocari audimus, nihil aliud est, quam  
qua quis vel ad *acquirendum*, vel ad *ex-  
ercendum* concionandi habitum aptus  
est, vel idoneus.

**S. II.** Qvod ad *inavortus* attinet ra-  
A 5 tione

tione acquisitionis, requiritur, ut concionator futurus certis animi corporisque bonis sit praeditus. *Ratione Corporis* requiriuntur (1) honesti natales *Deut. XXIII, 2.*  
 (2) extantiorum membrorum corporis (ad analogiam *Levit. XXI, 17. sqq.*) & organorum, praesertim ad loquendum & audiendum videndumque ordinatorum, naturalis & bona constitutio. *Ratione Animi* præcipue omnium interna quædam vocatio requiritur, ex ultronea inclinatione conspicua; post amor veritatis revelatae & pietatis sincerae, Studiorum item omnium, & lingvarum praesertim Sacrarum; tandem quædam ad dicendum, ægrotos invisendum, subeundosque labores alios παρεγνοῖαι, & memoriæ felicitas ac promptitudo.

§. III. In auctoritate ratione exercitii in sufficiente eruditione Theologica sita est, quæ indefessis precibus studiisque acquirenda, cum nobis hodie tam felicibus esse haud liceat amplius, ut immediatis illuminationibus vel habitibus infusis,  
1500  
qvic-

(quicquid etiam, Vetus pariter & Nova Fanaticorum turba somniet) ad id muneric idonei reddamur. Requiritur autem ad sufficientem Ministri Ecclesiæ eruditiorum Cognitio

- **α)** *Linguarum Sanctarum, Ebrææ nempe & Græcæ, itemque Chaldaicæ, cum in ipso Codice V. T. nonnulla sint Chaldaica: ut sic ipsos rimari fontes possit, nec, alienis omnia perspicere oculis cogatur; verum Spiritus S. mentem, itemque emphases vocum Phrasiumque, ope analyseos Grammaticæ & Rhetoricae ipse indagare valeat & eruere.*
- β)** *Philosophie, & ex ea Metaphysicæ præsertim ac Philosophiaæ Moralis & Politicæ, nec minus, ex habitibus instrumentalibus, Logica atque Rhetoricæ. Quarum disciplinarum singulæ ad melius vel intellegendnm, vel explicandum aut disponendum, vel etiam applicandum textum sacrum faciunt.*

A 6 γ) The-

*γ) Theologie, Thetica cum primis & Polemiae, ut orthodoxa ab heterodoxis discernere, illaque firmiter afferere & defendere; hæc vero fortiter refutare valeat: Tum & Exegetice seu Biblica, quæ cum integrum S. Scripturæ librum debito modo explicare doceat, ad partem ejus explicandam sine dubio per multum faciet: Nec non Theologiae Moralis & Historiae, quæ ad usus præcipue, & textus sacros paræneticos, epanorthoticos & Paracleticos haud parum utilitatis affert. Nec spernenda plane*

*δ) Alia sunt studia, historiae speciatim civilis vel profanæ, antiquioris æque ac recentioris, utpote sine qua historia Ecclesiastica non satis feliciter tractatur, & ex qua insignia sæpe providentiae, justitiae, misericordiae, sapientiae ac potentiae divinæ documenta, egregia item virtutum exempla, vel abominanda cuivis vitiorum*

tiorum monstra , decerpit , & cum  
usu proponi possunt : Ut taceam  
antiquos gentium , cum recutitæ,  
tum aliarum , mores , qui expliean-  
dis complurimis S. Sacræ locis ma-  
gnam fæpiuscule lucem fœne-  
rantur .

S. IV. *Adminicula* quædam universæ  
hujus inavotnt̄ sunt *Loci Communes*, de  
quibus ita sentimns. Principio omnium  
commendamus.

( 1. ) *LL. CC. Biblicos seu Exegeticos* , in  
quos referas varias ejusdem dicti  
explicationes , habitas de iis Dispu-  
tationes seu Conciones , sumta ex  
illis exordia , factas ex iisdem pro-  
bationes , exceptiones , objectiones ,  
vindicationes , aliorum de senten-  
tiis variis epicrises , & id genus  
alia .

( 2. ) *LL. CC. Systematici* , in quos refe-  
ras , quicquid ad thesin nostram  
magis explicandam , confirmان-  
dam & ab exceptionibus aduersa-

riorum liberandam , itemque ad  
antithesin adversariorum refellen-  
dam , & ad argumenta eorum re-  
solvenda , non minus ad historiam  
certaminum theologorum peni-  
tius intelligendam facit .

(3.) *LL. CC. Philologici*, in quos referas  
elegantiores vocum derivationes ,  
emphas & varias de variis rebus  
usurpationes ; quae omnia elegan-  
tissimas saepe utilissimasque sup-  
peditare cogitationes possunt .

(4.) *LL. CC. Dispositorii*, in quos dispo-  
sitiones Evangeliorum , Epistola-  
rum , Textuum Casualium , Passio-  
natum , Funcbrium , aliorumque  
referas , prae scriptim , quae Tibi in le-  
ctione S. Bibliorum quotidiana ,  
vel meditationibus privatis ipsae se-  
se , & quasi spente , offerunt , suo  
tempore quam commodissime saepe  
usurpandae.

(5.) *LL. CC. Mixti*, in quibus annotes ,  
quae in allegatis hucusque *LL. CC.*  
miscolit .

non

non facile locum reperiunt, & homiliis famen sacris inserviunt;  
 præcipue ea, quæ ad Theologiam alias Moralem spectant, adeoque  
 res omnes & materias, de virtutibus vitiisque notandas: ut suut:  
 Etymologiæ, Homonymiæ, Synonymiæ, Definitiones, divisiones,  
 Causæ, Effectus, Exempla, Similia, testimonia vel dicta Patrum, aut  
 aliorum piorum & illustrium hominum, &c.

S. V. His similibusque subsidiis sic ubi quis instructus fuerit, omnemque eruditionem suam ex monito Gregorii Nazianzeni *ad genua CHRISTI* projecta, & aurei insuper effati memor fuerit, quo singulos S. Ministerio initiandos B. Mörlinus affari solitus est: Arbeitet redlich/ meyne es. treulich/ und bete fleischsigl Iahum/ vero nolim de felici concionum suarum successu quicquam dubitare. CAP.

¶ (16) ¶

## CAP. II.

*De*

MATERIA CONCIONATORIS  
SEU OBJECTO, HOC EST DE  
TEXTU.

Aph. I.

*Materia Concionatoris seu  
Objectum est (I) vel Universale & Adæquatum,  
vel Particulare & inadæ-  
quatum.*

Enseign.

**M**ateriam Concionatoris *circa quam*  
hic nobis indigitari adjectus ter-  
minus *Objectum* indicat. Atque hoc, si  
*universim & adæquate* indicandum, est  
ipsa *Scriptura S.* formaliter sumta, h. e.  
sensus *Spiritus S.* in *Sacra S.* intentus  
*Luc. XXIV, 27. II. Tim. IV, 2. ejusdem-*

CVI

qve

que salutaris usus. II. Tim. III, 8. 9. it.  
v. 16. & 17. add. Rom. XV, 4. Rom. IX,  
15. 16. Particulariter vero & inadæquate  
loquendo est *Textus*, h. e. id, quod hic &  
nunc præcise ex *Scriptura S.* tractandum  
vel oratione ecclesiastica pertexendum  
sumit concionator.

## Aph. II.

*Materia Concionatoris seu  
Objectum est (II) vel Pri-  
marium, vel Secundarium.*

Enθesis.

## §. I.

**T**extum e *Sacra S.* desumptum, vel  
Biblicum, esse primarum Concio-  
natoris objectum, nemo facile ambiget,  
& partim ex supra dictis jam constat;  
partim ex *Canone XX. Syn. Laodice-  
næ, Sec. IV. anno 368.* habitæ, stabilitur;  
partim etiam & cumprimis ex scopo  
omnium

omnium concionum primario cognoscitur, qvi est fides & salus auditorum. Ad qvem finem vel effectum divinum, divinum etiam remedium requiritur, quod est Verbum DEI, excusus auditu est fides Rom. X, 17. & quod est potentia DEI ad salutem omni credenti Rom. I, 16. Ex quibus singulis proinde sequitur, quod præcipua concionatoris cura & opera in explanandis Scripturis S. colligenda sit. Præcipua, inquam, ne v. e. Libri Apocryphi, Libri Symbolici, speciatim Catechismus Lutheri cum annexis, Historiæ Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis Harmonicæ, cantiones etiam vel hymni ecclesiastici, Confessionis & Absolutionis publicæ formula, precatio-  
nes item & collectæ ( quas vocant ) ec-  
clesiasticæ, & in vulgus notæ, prorsus ex-  
cludantur, quæ haud injuria ad objec-  
tum etiam concionatoris legitimum, sed secundarium, referuntur.

§. II. Opponit se huic sententia Am-  
erius L. IV. de Conscient. c. 26. Q. I.  
*magis*

*Qvam*

Qum nihil, inquiens, prædicari debeat  
 a ministro Ecclesiæ Christi, præter Verbum  
 & Voluntatem CHRISTI, & verbum illud  
 non sit quærendum, nisi in Scripturis, ne-  
 cessario sequitur, solas Scripturas pro  
 concione esse trattandas. Sed Resp. 1.  
 Hoc esse νοιωπερον (α) utrum nihil pla-  
 ne aliud prædicari debeat a ministro Ec-  
 clesiæ præter Verbum & Voluntatem  
 CHRISTI, (β) utrum Verbum illud  
 non nisi in Scripturis quærendum sit.  
 Amesius hæc tanquam extra omnem  
 controversiam posita præsupponit; Nos  
 vero absque omni censura & limitatio-  
 ne transmittere non possumus. Nam  
 dist. 2. inter objectum prædicationis  
 primarium & secundarium. Nempe  
 nihil debet a ministro Ecclesiæ prædi-  
 cari primario, præter verbum & volun-  
 tam CHRISTI; Debet vero, certe po-  
 test, etiam aliud, sed secundario, ut ex  
 rationibus, deinde tradendis, uberioris  
 patebit. Dist. 3. Inter id, quod plane  
 non est Verbum DEI & Voluntas CHRI-  
 STI,

STI, & hoc utique ex classe textuum Ecclesiasticorum plane excludendum ducimus; & id, quod est Verbum & Voluntas CHRISTI, si non formaliter, saltem materialiter. Illud est & manet primarium Concionatoris objectum; Hoc vero, si cætera sint paria, secundarium. Nam fundamentum omnium textuum concionatoriorum est Verbum & Voluntas CHRISTI, exinde tamen non plane excludenda sunt, quæ huic fundamento vere superstructa sunt. 4. Dist. inter modum & rationem quærendi Verbum DEI *mediatum* & *immediatum*. Quærendum quidem Verbum DEI *immediate* & *ultimato* in Scripturis Sacris; *mediate* vero in iis etiam quæri, imo quoque inventi potest, quæ tanquam *secundarium* concionatoris objectum sub fine *S. præced.* laudavimus. Id quod *Amesius*, quo ad Catechismum, ipse concedit, eundem que *contractam Scriptura summam* vocat, *ibid. n. 2.* Arguo proinde: *Quisquid est contracta Script. S. summa, illud est Verbum & Volun-*

*Voluntas CHRISTI. Catechismus &c. E.*  
 Insto: *Quicquid est Verbum & Voluntas*  
*CHRISTI illud prædicari potest a ministro Ec-*  
*clesia. Catechismus &c. E.* Porro instat  
 Amesius: *Differentiam semper observari*  
*debere inter istiusmodi formulas humanas*  
*& Scripturam S. Resp.* Neque illam a no-  
 bis non observari. Dicimus Scripturam S.  
*primarium; reliqua vero secundarium ob-*  
*jectum.* Dicimus Scripturam S. funda-  
*mentum; Hæc vero fundamento huic*  
*superstructa.* Dicimus & habemus Scri-  
*pturam S. pro principio; reliqua pro prin-*  
*cipio. Dicimus & habemus Scripturam*  
*S. pro norma; reliqua pro normato.* Fru-  
 stra E. nobis opponitur, *non esse consen-*  
*ta- neum, ut catechismus eodem modo protex-*  
*m in Ecclesia proponatur, quo solet ipsa*  
*Scriptura S.* Cum utique diverso modo  
 proponatur, ut jam docuimus. Quod si  
 publicam prælectionem hoc ipso pungit,  
 nodum in scirpo querit & culicem fugit,  
 cum illa, de quibus hic quæstio est, & in-  
 ter ea, tæxtus præcipue catæchetici, com-  
 pluri-

plurimis rebus maxima opere præferenda  
 sint, quarum tamen publicam coram to-  
 to cœtu ecclesiastico prælectionem Dnn.  
 Reformati quotidie exercent; ut tace-  
 am; Catechismum, majorem apud nos  
 habere debere autoritatem, quam Li-  
 bros Apocryphos, ( quos tamen publice  
 prælegere antiquissimi etiam Ecclesiæ  
 Veræ mores sinunt,) cum nihil in eo  
 mendacii contineatur vel falsi, ut quidem  
 in Apocryphis contineri gentiini fidei  
 Amesianæ socii, Spanheimius & Jo. Ray-  
 noldus, demonstrarunt. Qvod nu-  
 mero 3tio addit, (1.) propter honorem  
 Scripturæ (2.) propter efficaciam veritatis  
 prædicatæ (3.) propter periculum scandali,  
 quod ex illo more nasci posse, consultissi-  
 mum esse, ut (4.) Selecti Scripturæ loci pro-  
 fundamento catechetice institutionis propo-  
 nantur, & (5.) Catechismi doctrina ex ipsis  
 elicatur, tanquam documentum Scripturæ.  
 Rsp. (1.) Honorem Scripturæ apud nos  
 sartum tectumque servari, ut ex dictis  
 patet. (2.) Efficaciz veritatis nihil dece-  
 dere,

- iiiiq

dere, cum Catechismus materialiter ipsa sit veritas, quæ in V. D. deprehenditur, confitente, ut diximus supra, ipsomet Amesio: Neque etiam quicquam efficacia veritati Catecheticae tribuitur, quam propter materialem cum veritate revelata identitatem. (3.) Periculum scandali apud eos, qui in Christianismo decenter instructi sunt, nullum esse; A reliquis vero scandalum accipi, a nemine ipsis dari: Debebant enim nosse, quod Catechismus ipsis proponatur, non tanquam *formale* DEI Verbum, sed tanquam *contra-  
cta illius summa*, quæ Amesii ipsius verba sunt. (4.) Selectos Scripturæ locos pro fundamento catecheticae institutionis & ipsi proponimus, ut supra dictum; Prælegimus vero nihilominus ipsa verba catecheseos, cum illa in præsenti expli- canda & confirmanda sint per dicta & locos Biblicos. (5.) Et in nostris Ecclesiis Catechismi doctrina ex dictis vel locis Scripturæ elicetur, si vel maxime catechismus loco textus prælegatur.

S. III.

§. III. Resolutis in contrarium allatis rationibus, hæ nobis cautelæ sunt obser-vandæ circa hoc negotium. (1.) Nihil hac in parte contra morem Ecclesiæ, communiter receptum, esse faciendum. (2.) Nec sine præscitu & consensu supe-riorum. (3.) Nec sæpe nimis. (4.) In explicatione cantionum præsertim eas esse eligendas, quæ sunt antiquio-res & notiores, & (5.) non tam ipsa can-tionis verba, quam convenientia cum iis verba Biblica loco textus prælegenda esse, cum tanta cantionum, quanta Cate-chismi similiumve textuum est, autoritas esse non videatur.

§. IV. His notatis, probamus senten-tiam nostram (1.) *a natura adiaphororum*, quibus sine dubio explicatio & prælectio plerorumque horum textuum anume-randa est. Quæ cum ab observantia de-pendeant, in iis locis, ubi jam recepta est illorum textuum prælectio, non erit im-probanda, multo minus abroganda; In iis vero locis, ubi hactenus non recepta, non

non facile introducenda, certe, tanquam  
necessaria, non obtrudenda. (2.) *a di-*  
*gnitate Catechismi similiumve textuum,*  
quam etsi cum Scriptura Canonica non æ-  
qualem, proximam tamen ab ea in Ec-  
clesiis habent. (3.) *A paritate cum Libris*  
*Apocryphis.* Vid. §. 2. h. l. (4.) *a materiali*  
*Veritatis illorum, cum veritate Scriptura-*  
*rum, identitate.* (5.) *A necessitate incul-*  
*cationis eorum, quam ipse Amesius ur-*  
get. (6.) *A praxi complurium Ecclesia-*  
*rum, in ditionibus illis comprehensarum,*  
in quibus religio Amesiana dominatur.  
*Conf.* B. Keslerus *Caf. Consc.* XIX. Dann-  
hauerus T. Poster. Theol. Symbulevt.  
P. 2. Sect. II. Dial. III. Art. VII. q. 15. p.  
1014. qui præcipua momenta excerptis  
elegantissimi hac de re judicii, quod ali-  
quando Conventus Argentoratensium  
Ecclesiasticus composuit, Gœbeliusque  
fuis in A. C. Concionibus præmisit.

§. V. Quod speciatim ad cantiones,  
vel unam alteramque stropham ex illis,  
manet primo omnium hoc, quod non

B tam

tam ipsa, quam illi parallelum Scripturæ oraculum, loco textus, populo prælegendum sit. Deinde notamus, vario illas tractari *modo* posse. Nam v. c. (1.) Oraculum Scripturæ prælectum explicatur in exordio, proque fundamento totius concionis collocatur, & secundum illud cantionis verba disponuntur & applicantur. (2.) Vice versa cantilenæ verba in exordii locum adhibentur, & secundum illa textus Biblicus disponitur & elaboratur. (3.) Textus Biblicus nudus, seposita tantisper cantilena, proponitur, & in Applicatione demum ad illum accommodatur cantio. (4.) Cantio quoad singula momenta potiora in tractatione statim textui Biblico applicatur.

§. VI. Priusquam hæc exemplis illustremus, monemus. (α) Verba sententiæ asque cantilenæ cum dictis locisque Scripturæ Canonice sedulo conferri debere. (β) Emphasim vocum, in textibus his hymnicis occurrentium, nisi cum textibus Canonicis bene convenient, eorumdem

rundemque emphasis exprimant, non  
facile urgendam esse. Nunc, ut 4. illos  
modos, quos præc. §. 5. proposuimus,  
exemplis illustremus, assumemus ver-  
siculum:

Es ist allhier ein Jammerthal/  
Angst/ Noht/ und Trübsahl überall:  
Des Bleibens ist eine kleine Zeit/  
Voll Mühseligkeit/  
Und wers bedenckt ist immer im  
Streit.

Cui, ceu parallelia quod rem, accommodari facile possent, Verba Jacobi ad Pharaonem: **Wenig und Böse** ist die Zeit meines Lebens/ sc. Väter. Gen. XLVII, 9. Sed magis arrident verba Mosis, Psalm. XC, 11. Unser Leben währet siebenzig Jahr/ wenns hoch kommt/ so sind's achzig Jahr/ und wenns föstlich gewesen ist/ so ists Mühe und Arbeit gewesen/ denn es fähret schnell dahin/ als flöhen wir davon.

Secundum **Primum ergo modum**, prælecto hoc, loco textus, effato Mosaico, statim in Exordio illud explicari, & ad can-

tilenæ verba applicari potest, hac v. g. ratione: Dis ist das bewegliche Lied Mo-  
 sis von dem Menschlichen Leben / darin-  
 nen er theils über desselben Flüchtigkeit/  
 theils über desselben Mühseligkeit kla-  
 get. Betrachtet er desselben Flüchtig-  
 keit/ so flagt er: Unser Leben währet 70.  
 Jahr/ wenns ic. 80. Jahr/ und abermahl:  
 Es fähret schnell dahin/ als flöhen wir da-  
 von. Gedencket er an die Mühseligkeit  
 desselben / so heifts: Wenn unser Leben  
 kostlich gewesen ist/ so ists Mühe und  
 Arbeit gewesen. His exordialiter dedu-  
 ctis & elaboratis, fiat applicatio: Ein  
 gleich Klingendes Lied lässt der Selig-  
 Verstorbene noch aus seinen verschlosse-  
 nen Munde hören/ indem er zu seinem Leis-  
 chen Texte die beweglichen Worte aus  
 jenen andächtigen Liede erköhren: Es ist  
 allhier ein Jammerthal ic. Denn das ist  
 auch nichts anders/ als ein Lied vom  
 Menschl. Leben / darinnen (α) über  
 desselben Mühseligk. geklaget wird in  
 verbis:

verbis: Es ist allhier ein Jammerthal ic.  
 überall. It. voll Mühseligk. (3) über des-  
 selben Flüchtigk. in verbis: Des Blei-  
 bens ist eine kleine Zeit ic. Quod ad ver-  
 ba: Und wers bedenkt ist immer im  
 Streit/ referri debent illa ad utrumque  
 vitæ humanæ attributum, suppeditan-  
 que ad duplē subdivisionem momen-  
 ta, daß man z. e. so wohl bey der Müh-  
 selligkeit / als Flüchtigkeit Menschli-  
 chen Lebens betrachten könne/ theils wor-  
 inne sie bestehet? Theils was daraus  
 entstehet? Da denn jenes aus schon an-  
 gezeigten Worten/ dieses aber zu beyden  
 Theilen aus denen letzten Worten:  
 Und wers bedenkt ist immer im  
 Streit/ vorgestellet werden müste: Hoc  
 v. c. modo: Es könne sich der Mensch/  
 wenn er sein Leben betrachte/ weder in  
 desselben Mühseligkeit / noch Flüch-  
 tigkeit schicken. Da entstünde bey Er-  
 wegung der Mühseligkeit seines Lebens  
 dieser Streit in seinen Gedancken: Hier

heisse es: Es ist allhier ein Gammerthalz  
 Angst/ Nocht/ und Trübsahl überall; un-  
 ser Leben ist voll Mühseligkeit: Und doch  
 müsse es vor eine grosse Gnade Gottes  
 gehalten werden/ wenn man lange lebe;  
 es sey allen frommen und gehorsamen  
 Kindern Gottes ein langes Leben zum  
 sonderbahren Gnaden-Lohne zugesaget;  
 ja ein iedweder habe von Natur eine  
 grosse Lust zum Leben so gar/ daß sich man-  
 cher für dem Tode recht fürchte/ und ihn  
 kaum mit Nahmen könne nennen hören/  
 oder ein Sterbe-Lied mit andern singen.  
 Hingegen bey Beherzigung der Flüchtig-  
 keit dieses Lebens/ stritten seine Gedan-  
 cken also miteinander: Was heists doch/  
 daß es heist von unsern Leben: Des Blei-  
 bens ist eine kleine Zeit? Ist denn das  
 eine kleine Zeit/ wenn man nicht Tage/  
 nicht Wochen/ nicht Mondonen/nicht Jah-  
 re/ sondern viele Jahre/ 30. 40. 50. und  
 mehr Jahre/ in so vielerley Kummer/in so  
 mancherley Elend leben muß? Wollen  
 doch einem armen Menschen dabey oft  
 Tas

Tagē und Stundē / geschweige Jahrē  
und zwar so viel Jahrē / zu lange wer-  
den. *rc.* His ita in antecessum pensitatis  
facile fit dispositio.

*Proæmii loco assimi possunt verba Re-*  
*becca: Was sol mir das Leben?*  
*Gen. XXVII. v. ult. qvæ breviter*  
*ratione occasionis & intentionis ex-*  
*plicata, ita applicari possunt: Diese*  
*betrübte Klage habe ein jedweder*  
*wohl Ursach zu führen/ wenn er sein*  
*zeitliches Leben betrachtet: Was*  
*sol mir das Leben? Das so voll*  
*Sünde ist? Und daher so voll Trüb-*  
*sahl/ und so flüchtig ist? Ich weis ja*  
*ein besser Leben/ da meine Seele führt*  
*hin; des/des freu ich mich gar eben/*  
*Sterben ist mein Gewinn! Und*  
*eben solche Gedanken habe der*  
*Seelig-Verstorbene zum öfftern*  
*von seinem Leben geführet: Was*  
*sol mir das Leben? Es ist allhier ein*  
*Jammerthal/ Angst/ Noht/ *rc.* wel-*  
*che Werte er deswegen fleißig er-*

B 4 wogen/

wogen / und mit denen Worten  
Mosis außer Zweifel zum öfttern  
zusammen gehalten: Unser Leben  
währet 70. Jahr. ic. Dannenhe-  
ro auch auff sein Begehren ic. ic.

*Textus loco prælegatur, Ps. XC, v. ii.*

*Exordium habet supra delineatam dicti  
hujus Biblici explicationem & applica-  
tionem.*

*Propos.* Bewegliches Lied vom Mensch-  
lichen Leben/

welches handelt

*Partitio.* 1. Von desselben Mühselig-  
keit / und zeiget

α) Worinnen sie bestehē? Es ist  
allhier ein Jammerthal ic.  
überall / voll Mühseligk.

β) Was daraus entstehē? Streit  
in denen Gedanken eines Men-  
schen: Und wers bedenkt ic.

2. Von desselben Flüchtig-  
keit / und dabey abermal  
zeiget

α) Wer-

- α) Worinnen sie bestehet? Des Bleibens ist eine kleine Zeit.  
β) Was daraus entstehet? Ebenfalls Streit und Verwunderung in dem Gemüthe des Menschen rc.

*U*nus nunc pro libitu assumi possunt. v.g. Didasc. Weils heist: Es ist allhier ein Hammerthal rc. So muß dort ein desto herrlicher Leben zu gewarten seyn. Ach freylich ein herrlich Leben/ das statt der Mühseligkeit/ alle unaussprechliche Glückseligkeit; und statt der Flüchtigkeit die un- ausdenckliche Ewigkeit mit sich bringet.

Elenet. wider die/ so vorgegeben/ daß ein Mensch hier in der Welt unsterblich werden könne. Wie von SimoneMago aus denen Alten/von Thoma Philologo, und Ren. Cartesio, aus henen neuen Historien befund.

Epanorth. wider die/ so durch böse  
B. 5 unzu-

unzulässige Mittel/ durch aberglau-  
bisches Wesen/ und Hülffe des lei-  
digen Teuffels die Mühseligkeiten  
des Lebens mit allerley Glückselig-  
keiten zu verwechseln suchen.

Pædevtico-Consolatorius. Gib dich  
mit Gedult und Gottgefassenheit in  
die Mühseligkeit und Flüchtigkeit  
deines Lebens: Denn in deiner  
Mühseligkeit tröstet dich die Flüch-  
tigkeit; und je mühseliger es hier ist/  
je glückseliger es dort werden sol;  
und je flüchtiger dieses Leben/ je eher  
du solcher Mühseligkeit ent- und in  
die wahre Glückseligkeit eingehen  
solst.

*Alter modus hic est, ut prælecto textu  
Biblico cantilena verba in Exordio  
proponantur, & secundum illa tex-  
tus Biblicus disponatur & elabo-  
retur.*

Hinc nova dispositio:  
Proem. Was ist euer Leben? Jac. IV,  
14. Applicatio. Diese Frage/ wie  
sie

sie von jedweden vorsichtigen Kinde  
Gottes täglich erwogen wird; Al-  
so hatte sie sonderlich der Seelig-  
Verstorbene immer für Augen und  
Herzen/darum er auch solche Wör-  
te in seiner Leichen-Predigt zu erklä-  
ren begehret/ so eine wohlgegründe-  
te Antwort auff solche Frage in sich  
enthalten.

*Textus iterum Ps. XC, 11.*

*Exordium:* Es ist allhier ein Jammer-  
thal rc. immer im Streit. So  
russft uns/ Dil. noch der erstarrete  
Mund unsers Seelig-Verbliebe-  
nen aus dem Sarge zu/ wenn er  
auff die Frage Jacobs eine recht-  
gegründete Antwort ertheilen wil.  
Es ist allhier/ sagt er/ ein Jammer-  
thal rc. Streit. Ein wohlgegrün-  
detes Urtheil/ M. L. von dem  
Menschlichen Leben! Das der See-  
lige in Gottes Worte so beträff-  
tiget/ und durch die tägliche Erfah-  
rung so bestiget besande/ daß er

B 6                    dasselbe

dasselbe in unablässige heilige Be-  
trachtung zoge/sich in seinen Christl.  
Glauben und ganzen Leben/Gott  
wohlgefällig darnach richtete/ und  
endlich vor seinen Abschiede ein in-  
ständiges Verlangen truge/ daß  
diese Worte in seiner Leichen-Pre-  
digt möchten an-und ausgeführt  
werden. Es beantwortet aber der  
Seelige hierinnen mit der ganzen  
rechtgläubigen Gemeine Gottes  
die obgedachten Frage S. Jacobs:  
Was ist euer Leben? Und urtheilet  
davon also/ daß er α) sagt es sey ein  
Mühseliges/ β) ein Flüchtiges Le-  
ben: His partibus iterum exordia-  
liter deductis, fiat transitio: Wie-  
wohl nun aus angeführten schon  
gnüglich zu erkennen/ daß diese Ant-  
wort und Urtheil in Gottes Wort  
und sonstigen wehl gegründet sey;  
so sey doch kein Zweifel/ es habe der  
Seelige das/ wessen er uns durch  
diese Worte erinnern wollen/ unter  
anderen

andern auch aus dem Sterbe-Liede  
Mosis/ neml. dem XC. Ps. erlernet/  
als darinnen vermöge des abgelese-  
nen Textes ein gleichmäßiges Ur-  
theil von dem Menschlichen Leben  
anzutreffen. Sintemahl wir in  
solchen Texte ebenfalls theils von  
der Flüchtigkeit/ theils von der  
Mühseligkeit desselben vernehmen/  
daher

*Propos.* Das wohlgegrundete Urtheil  
vom Menschlichen Leben. Oder  
wohlgegrundete Antwort auff die  
Frage: Was ist der Menschen Le-  
ben. Welches oder welche handelt

*Partitio.* 1. Von der Mühseligkeit des-  
selben: Es ist allhier ein Jammer-  
thal ic. und gegründet ist auf die  
Worte: Und wenns kostlich gewe-  
sen ist/ so ists Mühe und Arbeit ge-  
wesen.

2. Von der Flüchtigkeit desselben.  
Des Bleibens ist eine kleine Zeit ic.  
und gegründet ist in diesen Wor-

B 7 ten:

ten: Unser Leben währet ic. denn es fähret ic. davon.

- Usus**
1. Didascal. Pädevt. Christen sollen sich in ihren Urtheil vom Menschlichen Leben wohl fassen/ und auf die Frage: Was ist euer Leben? recht antworten lernen.
  2. Epanorth. Röhe sichere Welt-Kinder / die wie Bastarde/ ohne väterliche Züchtigung / in der Welt leben/ und eben wenig Kreuz haben / bedenken dieses nicht / sondern leben also in den Tag hinnein/ als ob sie mit dem Tode einen Bund gemacht ic. oder ob es niemahlen an ihnen wahr werden könnte: Es ist allhier ein Jammerthal ic.
  3. Consolat. In Kreuz und Elend/ weil unser Leben ein flüchtiges Leben / welches also mit alle unsren Kreuz ein Ende nehmen kan/ ehe wirs uns versehen. In Mcht und Tode/ weil unser Leben ein mühseliges Leben/ aus welchen wir durch den

39

den Tod in das ewige Freuden-  
Leben eingehen.

*Tertius modus hic est, cum textus Bibli-*  
*eus nudus, seposita tantisper cantilenae,*  
*proponitur, & in Applicatione*  
*demum ad illum accommodatur.*  
*Hinc nova invenienda exordia, &*  
*talis e. g. totius concionis institu-*  
*enda dispositio.*

Procœm. Psalm. XL, 4. *Der HErr hat*  
*mir ein neu Lied in meinen*  
*Mund gegeben.* Applic. Diese  
Worte könne ein iedwedes Glied-  
maß des HErrn IEsu/ der hier re-  
dend eingeführet wird ( qvod in an-  
tecedaneis demonstrari debet ) die-  
sen seinem Heylande abborgen/  
wenn es numehr durch einen seligen  
Tod aufgelöst/ und zu Gott im  
Himmel aufgenommen sey. Si-  
temahl es dort statt der betrübten  
Creuz- und Sterbe-Lieder/ lauter  
wundersüsse Freuden- und Lebens-  
Lieder geben/ und dieselben von allen  
See-

Seeligen und Auserwählten mit  
Einstimmung des gesammtten Cho-  
res derer H. Cherubinen und Se-  
raphinen / in unaussprechlicher  
Freude gesungen werden würden.  
Und eben dieses habe der Seelige  
allbereit durch die Gnade Gottes  
erfahren / der könne ihs auch rüh-  
men: **Der HErr hat mir ein**  
**neu Lied in meinen Mund ge-**  
**geben.** Vorhin giengs immer bey  
ihm aus dem gar traurigen Tho-  
ne: **Es ist allhier ein Jammer-**  
**thal ic.** Streit: Ihs aber singt  
er das neue Lied: **Hier ist Freu-**  
**de die Fülle / und liebliches We-**  
**sen / zur Rechten Gottes im-**  
**mer und ewiglich/ Ps. XVI. ult.**  
Wie aber dem Seelig-Bei storben-  
nen solch Freuden-Lied erst in sei-  
nen Mund gegeben worden / nach-  
dem er hier manch betrübtes Trau-  
er-Lied auf Gottes gnädige Ver-  
fügung

fügung absingen müssen: Also sey auch unsere Schuldigkeit durch solche Trübsahl ins Reich Gottes einzugehen/ und auf solcher Himmels-Bahn uns mit Kreuz- und Trauer-Liedern zu unterhalten. Dannenhero wir auch iezo dergl. bey gegenwärtigen traurigen Leichen-Conducte anzuhören/ und mit unsrer Andacht nachzusingen allhier erschienen/ &c. &c.

*Textus Psalm. XC, 11.*

*Exordium. Psalm. XLV, 2. Mein Herz dichtet ein feines Lied.* Das klingt abermahl gar angenehm/ M. L. und so ein frölicher Sänger und Dichter war der Meister des XLV. Psalms/ daß er von sich rühmen konte: *Mein Herz & Lied.* Denn durch das feine Lied verstehet er ein frölich/ lieblich/ angenehm und tröstlich Lied: ( quos significatus vox **טוֹב** hinc inde obtinet in Versione Germana-

Germanica, qvi ope Concordantiarum possunt evolvi, breviterqve adduci: ) Solch ein Lied sagt er / Dich tet sein Herz. Es lauft gleichsam wie ein siedender Topff mit kochenden Wasser / von solchen Gedanken über / weil es von der Liebe gegen den künftigen Herrn Messiam / als einer Flamme des Herrn / Cant. VIII, 6. hiezu getrieben und angefeuert wird. Das that ein Mensch / der in Betrachtung des rechten Lebens / unsers Jesu / des damahlen noch zukünftigen Heylandes der Welt begriffen war / welcher selber von sich rühmet / daß er / das Leben sey. Joh. XI, 25. Joh. XIV, 6. Adducantur, si placet, denominatio-  
nis hujus causæ. *Applic.* Solte man aber einen armen francken Menschen fragen / was er in Betrachtung des Menschlichen Lebens gedachte / und was sein Herz auff sei-

seinem Siech- und Todes-Bette  
vor ein Lied dichte/ so würde bey  
manchen eine ganz wiedrige Ant-  
wort erfolgen/ und es ohngefähr al-  
so heissen: Mein Herz dichtet kein  
feines Lied/ sondern gar ein betrübs-  
tes/ trauriges und melancholisches  
Lied: Ein Lied von dem elenden und  
jämmерlichen/ kurzen und flüchtig-  
en Leben des Menschen. Es ist  
das Lied/ das Moses schon gedich-  
tet und gesungen: Unser Leben wäh-  
ret 70. Jahr ic. Darinnen hat der  
Mann Gottes so wohl unsers Le-  
bens Kürze und Flüchtigkeit/ als  
auch desselben Elend und Mühselig-  
keit vorgestellet. Ins eratur brevis  
materiae axiosis, & fiat transitus ad  
propositionem: Wenn denn der  
Seelig-Verstorbene zum öfftern  
veranlasset worden/ mit Mose dis-  
falls einzustimmen/ und dieses oder  
vergleichen Trauer-Lied nachzu-  
singen/ als wollen wir bey seinen  
Lei-

Leichen-Begägniß aus, solchen  
Worten vorstellen:

*Propos.* Das betrübte Lied Mosis / von  
Menschlichen Leben.

Welches handelt

*Partit.* 1. Von des Menschlichen Lebens  
Kürze und Flüchtigkeit.

2. Von seinen Elende und Mühseligkeit.

His quasi absque omni respectu ad nostrum cantilenæ versiculum rite deductis, poterit versus ille in *applicatione & usibus* ad explicatum textum accommodari v.g. hoc modo:

Hieraus erkennen wir daß unser Gesellig-Verstorbener sich nicht so wohl auff Menschen / als Gottes Wort gegründet / wenn sein Herz zum ößtern bey seinem Leben das Lied gedichtet oder betrachtet: Es ist allhier ein Hammerthal re. welchen Vers er vorießt auch insonderheit anzuführen verlanget hat: Denn in solcher seiner Andacht und Betrachtung

ist er durch das ieho angehörte betrübte  
 Lied Mosis bekräftiget worden. Im-  
 massen wie die Christliche Kirche in sol-  
 chen Worten von nichts anders/ als des  
 Menschlichen Lebens Mühseligkeit und  
 Flüchtigkeit singet: Also hat Moses sehr  
 deutlich nach unsern Texte mit eingestim-  
 met. Denn heist es in dem andächtigen  
 Liede von dem Menschlichen Leben und  
 seiner Mühseligkeit: Es ist allhier ein  
 Hammerthal/ Angst/ Noht/ und Trübs-  
 ahl überall: Es sey alles in demselben  
 voll Mühseligkeit; so heist es in dem be-  
 trübten Liede Mosis: Es sey in dem  
 Menschlichen Leben / wenns gleich kost-  
 lich gewesen/ dennoch nur lauter Mühe  
 und Arbeit gewesen. Heist es dorten/  
 Des Bleibens sey eine kleine Zeit; so heist  
 es hier: Unser Leben währe zwar 70.  
 Jahr/ nicht allein/ und wenns hoch kom-  
 me/ so seyn es 80. Jahr/ doch sey das an  
 sich selbst gegen die Ewigkeit eine kleine/  
 Kleine Zeit; sondern der hunderste bringe  
 es auch nicht so weit/ denn das Leben  
 fahre

fahre oft schnell dahin/ als flohen wir da-  
von. Hæc deduci amplius possunt ex  
Articulo de Cruce & Morte, & in mo-  
dum usus *didascalici* proponi. Si placet,  
addi potest usus *Elencticus*: Wir erken-  
nen hieraus ferner/ daß alle diejenigen  
solcher allgemeinen Christen-Lehre schnur-  
stracks widersprechen / welche sich so ge-  
wisse Hoffnung zu tausendjährigen bes-  
seren Zeiten/ noch in diesem Leben/ ma-  
chen. Solchen Leuten stehtet das be-  
trühte Lied von der Flüchtigkeit und  
Mühseligkeit unsers Lebens / es mag es  
die Kirche/ oder Moses singen/ gar nicht  
an. Denn sie hoffen eine Zeit/ da es  
heissen soll:

Es ist allhier kein Jammerthal/  
Nicht Noht/Angst/Trübsahl überall;  
Des Bleibens ist ein lange Zeit/  
Ohn Mühseligkeit/  
Und wers bedenkt / ist immer in  
Freud.

Sie hoffen demnach eine Zeit/da man das  
Gesetz : Es ist allhier ein Jammerthal re.  
und

und andere betrübte Kreuz- und Sterbe-  
Lieder aus denen Christ- Lutherischen  
Gesang-Büchern werde auslassen; ja  
gar den Spruch Mosis: Unser Leben  
währet 70. Jahr ic. aus der Bibel aus-  
streichen müssen. Moveatur hic affe-  
ctus odii contra hanc doctrinam Chilia-  
stico-Phantasticam. Usus *Epanorth.* di-  
cat, daß billich diejenigen zu bestraffen/  
die so thöricht in ihren Leben handeln/  
daß sie sich das Elend ihres Lebens durch  
Sünde noch grösser machen; und die so  
sicher in den Tag hinnein leben/ daß sie in  
ihren Sünden ohn alle Busse dahin ge-  
hen/ ob sie gleich nicht wissen/ wie lange  
es mit ihnen währen/ oder wie bald sie  
sterben möchten. Solche Leute verrä-  
then sich selber/ daß sie das Wort Göt-  
tes nicht reichlich unter sich wohnen las-  
sen/noch mit geistlichen Psalmen und Lie-  
dern sich fleißig erbauen: Sonst würden  
sie auch auf Mosis/ und dieses bekannt  
Sterbe-Lied kommen/ und so wohl in ih-  
rer Thor als Sicherheit sich ändern. Usus  
Pædevt.

Pædevt. Man soll sich die allgemeine Mühseligkeit des Lebens/ davon sich alle Menschen beklagen müssen: Es ist allhier rc. und: Unser Leben/ wenns gleich kostlich gewesen/ ist dennoch Mühe und Arbeit gewesen/ zur Gedult; und die Flüchtigkeit desselben/ wenn es heist: Des Bleibens ist eine kleine Zeit/ es fähret schnell dahin/ als flohen wir davon/ zur wahren Gottseligkeit und täglichen Bereitschafft zu einen seligen Ende anhalten lassen. Usus Paraclet. Erfahrest du in der Warheit/ daß es gewiß sey/ was Moses sagt/ wenn unser Leben kostlich ist/ so iſts dennoch Mühe und Arbeit; oder: Es ist allhier ein Jammerthal rc. getrost! Es heist: allhier! Unser Leben/ das wir allhier haben/ das ist Mühe rc. drum wird es dort besser werden rc. Klagest du über Langwierigkeit deines Leidens; getrost! Es muß doch ein Ende nehmen. Denn des Bleibens ist hier eine kleine Zeit rc. dein Leben wird endlich auch schnell dahin fahren/ als flohest du davon

davor re. Quod ad quartum modum,  
 eum is sola Exordii electione differat a  
 secundo, non est, ut exemplo illustretur.  
 Ceterum non diffitendum, duos priores  
 modos esse faciliores duobus posterioribz,  
 propter inventionem Exordiorum, qvæ  
 tamen in hac materia, si alii fontes defi-  
 ciant, desumi possunt ab origine, modo, usu,  
 efficacia, autoritate, despctu &c. cantio-  
 num Ecclesiasticarum, itemqve Musiceæ  
 generatim, Vocalis speciatim aut instru-  
 mentalis, de cantione cygnea &c. Non  
 nunquam & desumi possunt. a piis alio-  
 rum judiciis vel dicteriis, qvibus hæc vel  
 ille aliam, aliamque cantilenam laudavit,  
 nec minus abs hymnorum autoribus, qui  
 dignum qvid memoratu & imitatione  
 fecerint, ab occasione data, a pudenda  
 nonnullorum oblectatione, qvam in ob-  
 scenis & lascivis cantiunculis quærunt,  
 aliisque rebus, qvæ salutarium materiam  
 discursuum suppeditant, & hinc inde in  
 autoribus reperiuntur annotatæ, qui  
 hymnos Ecclesiasticos ex instituto expli-

carunt, quos magno numero allegavit  
 Dn. *Prætorius* in Homilet. *Bücher Vor-  
 rath.* P. 3. p. 1270. Adde *Aviani* P. 3.  
*Praxeos Ecclesiasticæ Tract.* 9. p m. 406.  
*It. Magnif. Mayerum* P. 2 *Mus. Min. Eccl.*  
*cap. I. §. IV.* p. 10. sqq. & quos p. 15. ci-  
 tit autores, B. præcipue *Quenstedtum* &  
*Celeb. Schurzfleischium*, illum in *Antiqui-  
 tibus Ecclesiasticis*, hunc in de *Hymnis Ec-  
 clesiæ Vet. dissertatione.* Sed hæc haec-  
 nus w̄s ēv ταρρόδω.

### Aphor. III.

*Materia Concienatoris seu  
 Objectum h.e. Textus (III)  
 est vel Ordinarius & Fi-  
 xus, vel Extraordinarius,  
 isque vel Constitutus a Su-  
 perioribus, vel libere electus*

Expositus

§. I.

**T**extus *Ordinarii* sunt, qui ordinarie, diebus Dominicis & festis, quotannis explicari solent, *Evangelia sc.* vel *Epi-stola & Lettiones*, ex Libris Biblicis, et si non Apostolicis speciatim desumptæ. Quibus annumerari possunt *Textus Passionales*, ex uno eodemque Evangelista secundum ordinem explicandi, itemque integri Libri Biblici, qui a ministro Ecclesiæ suscipiuntur proponendi. *Extraordinarii* textus sunt, *Poenitentiales*, *Funebres*, *Probatorii*, *Nuptiales*, *Baptismales*, & alii *Casuales*, nec non ii, quos pro libero arbitrio suo, hic & nunc, tractandos sumit concionator.

§. II. Quod ad textus *Ordinarios*, & inter eos, ad *Evangelicos* sp eciam & *Epi-  
stolicos*, demonstrandum est, quod illo-  
rum pericopæ in Ecclesiis nostris merito  
retinendæ, ordinarieque tractandæ sint;  
Idque partim contra nonnullos nasutu-  
los & fastidiosos in nostris cœtibus, quo-

C 2      sum

rum stomachus, ut cum *B. Balth. Meisnero Epist. Dedic. in Medit. Sacr. sup. Evangel. Domin. loqvar,* nimis delicatus, ex annuis corundem textuum repetitionibus, neficio quam nauseam concipit: Partim contra Reformatos, & speciatim contra Amesium rursus, qui, loco sup. indicato, peculiarem hac de re quæstionem format, & varia nobis argumenta opponit.

§. III. Ad demonstrandam ergo consuetudinis huius in Ecclesiis nostris hucusque servatae justitiam, placent rationes modo laudati *Meisneri*, quas loco allegato desumit 1. ab *Exemplo Israeliticae Ecclesiae in V.T.* in qua diebus festis tales prælegi textus confieverint, qui beneficium istud ob oculos animumque ponunt, in cujus memoriam solennitates istæ fuerunt institutæ; & cujus distinctio Codicis Biblici in Parschas Mosaiscas & Haphtharas Propheticas notat. 2. ab *Exemplo primitiva Ecclesiae in N.T.*, quæ morem istum imitata, in annuis quibusvis solennitatibus similiter exhibitoris

Historia Evangelica peculiares textus ex-  
 cerperit, & populo inculcari fecerit, ne  
 lectiones Biblicæ ab institutæ Festivitatis  
 fine turpiter disreparent. Sie & singu-  
 lis diebus Dominicis certas periodos jam  
 jam deputatas fuisse ex *Augustino, Hiero-*  
*nymo*, aliisque colligitur, utut determina-  
 ri satis, vel tempus, vel autor haudqua-  
 quam valeat. 3. ab *adificatione audito-*  
*rum*, qui per repetitionem eorundem  
 textuum a) magis instruuntur *in fide*, cu-  
 jus illi compendium & summam conti-  
 nent; Id quod demonstrarunt facto ipso  
 complures, qui omnes fidei articulos  
 methodica illorum expositione & dispo-  
 sitione peragrarunt. Vid. B. Pfeifferum  
 Praef. ad Lect. der Evangelischen Chris-  
 ten-Schule/ it. Prætorii Homilet. Bü-  
 cher-Vorrath/ in der andern Zugabe von  
 Jahrgängen/ quas inter variorum au-  
 torum occurrunt methodi, quæ certum  
 ex quovis Evangelio proponunt fidei ar-  
 ticulum. V. g. Geieri Geistl. Braut-  
 Schmuck; Hillschers Evangelischer Her-  
 hens-

sens - Christe; Gottfr. Olearii Religio-  
 nis - Posit. Jo. Olear. Evangelischer Ge-  
 denk - Ring. D. Jo. Reinhard's Theo-  
 gisches Glaubens - Systema. Schubarti  
 Encyclopædia Theologiæ Evangelicæ,  
 &c. β) magis sic confirmantur in veri-  
 tate, cum eadem scribere, vel dicere, eos  
 dem faciat certiores *Phil. III, 1.* γ) Ma-  
 nuducuntur etiam magis ad domesticam  
 de illis collocutionem, qua ad attentio-  
 rem auscultationem præparantur ani-  
 mi, ut tenacius doctrinæ capita memoriz-  
 infigere possint, quæ parum plerumque  
 e textibus semper innovatis retinet. δ)  
 Plurimum porro ex Evangelio, jam ante  
 cognito, delectationis capient audito-  
 res, & in tentationibus tandem, atque a-  
 gone mortis, facilius eorum recordan-  
 tur solaminum, quæ sæpius audiverunt,  
 quam quæ una tantum, vel altera vice  
 percepérunt. Addi potest ε) quod nul-  
 lum facile nominaturus quis sit vitæ offi-  
 cium Christianum, quod non aliquam  
 in uno istorum textuum sedem vel fun-  
 damen-

damentum, Epistolicorum præsertim, (qui, ut Evangelici circa rā wīgā, circa rā wīgā plerumque versantur) reperiat. 4. ab ἑταῖρᾳ Ecclesiastica 1. Cor. XLV. ult. Sunt enim pericopæ istæ temporis plerumque convenientissimæ, cum e contrario necessum sit, ut textus minus congrui veniant explicandi, ubi secundum seriem librorum homiliæ instituendæ sunt. 5. A periculo scandali, quod datur simplicioribus, si intempestiva & non necessaria textuum dominicalium institueretur mutatio. Accedit, quod si continua serie integrum scriptum Biblicum diebus feriatis & festis incipiat pertractari, hac ratione omnes festi dies ipso facto antiquentur, quod libertati Christianæ maxime adversatur, & ipsi A. Confessioni contrarium, in cuius tamen tutelam se toties recipi optarunt Reformati. 6. A defectu causæ vel rationis necessariæ, qui ex discussione Amesianarum objectionum patebit uberiorius.

S. 4. Objicit vero Amesius 1) Sectio-  
C 4 num

num barum lectionem publicam, reliquis  
 Scripturis præteritis, repugnare partim  
 expresso DEI mandato, qui jussit integrum  
 librum Legis lectitari; parum Veteris Eccle-  
 siæ praxi. Resp. a) Non prætereuntur  
 plane a nobis reliquæ Scripturæ; Ex iis  
 enim fiunt non tantum omnes pericoparum  
 illarum explicationes, verum etiam  
 exordia & proœmia; imo in concioni-  
 bus quotidianis integri ex illis libris, se-  
 cundum ordinem, vel extra ordinem de-  
 sumuntur textus. β) Desideramus ex-  
 pressa DEI mandata, quibus jus sit uni-  
 versaliter integrum legis Librum lectita-  
 ri. Quod enim ad Deut. XXXI, 10. 11.  
 12., quos allegat, illi (1) aperte de certo  
 loquuntur tempore, quod ipsi ipsius socii,  
*Junius & Tremellius* fatentur. (2) Loquun-  
 tur de Lege tantum; Ergo si quid illis  
 contra nos attribuendum, non erit præ-  
 dicandum Evangelium, de quo hic plane  
 nullus est sermo. (3) Ad ceremoniales  
 ibi LL. respectum haberi, quilibet videt,  
 dum ad annum quemque Sabbaticum, &  
 Festum

Festum tabernaculorum lectio illa determinatur. Quid vero hæc ad nos? γ) Veteris Ecclesiæ praxi non repugnare institutum nostrum ex prima & secunda ratione probandi patet. Quod ad Neh. VIII, ibi legis ex Deut. XXXI. allegatae observantes erant Judæi. E. hæc praxis prorsus aliena. Actus II. Chron. XXXIV, 30. descriptus, est actus plane singularis, ex quo ne quidem praxin Ecclesiæ Judææ sufficienter probabit adversarius, nemus ut nobis ille præjudicio esse possit. Locus Act. XV, 21. probat lectionem Mosis Sabbaticam, quam ipsimet supra ursimus; non tamen negat temporis differentiam a Vet. Ecclesia observatam fuisse. Dictum denique Paulinum Col. IV., 16. loquitur de puris particularibus, unde contra nos nihil ex eo firmiter concludi potest. Obj. 2) *Sectionum istarum expositionem non esse sufficientem ad debitam Ecclesiæ edificationem.* Resp. Contrarium in ratione tertia probandi est ostensum. Instat: Multa esse scitu necessaria,

G 5 quæ

que in illis sectionibus non contineantur.  
 Resp. gratis hoc asseri ex eadem ratione  
 probandi dispalefcere. Locus II. Tim.  
 III, 16. nihil contra nos efficit, cum de  
 Scriptura S. non collective tantum, sed et  
 iam distributive sumta, adeoque de singu  
 lis ejus partibus loqvatur. Quod obji  
 cit 3) Sectiones illas esse perversas, quoniam  
 sic membra quedam a suis integris corporibus  
 ita separantur, ut per se proponantur mutila,  
 sine capite & cauda; Illud in omnes tex  
 tus quadrat, quos secundum ordinem  
 ex Libris Biblicis desumimus. Neque  
 enim licet semper, in una eademque  
 concione, integra (ut loquitur) corpora  
 proponere, & cum capite & cauda con  
 templari. Cum 4) objicit, divinum sic  
 ordinem & modum negligi, cum magno reli  
 gionis detrimento; poscimus demonstra  
 tionem illius detrimenti, quam nun  
 quam afferet. Quando 5) objicit, in  
 stitutum hoc ex dominicalibus tantum con  
 sionandi, depravatis Ecclesiæ temporibus, in  
 tenebris fuisse introductum, non sine super  
 stitiosa

stitione quodam respectu, ad solennitates certas, ab hominibus excogitatas, contra Scripturæ regulam & praxin primitivæ Ecclesiæ. Resp. α) Non tantum concionamur ex dominicalibus. β) Institutum hoc antiquius esse de prayatae Ecclesiæ ætate, ex ratione prob. II. patet. γ) Non decet accusare tantum; Probetur E. superstitionis ille, qui nobis hic imputatur, respectus ad solennitates illas, contra Scripturæ regulam & praxin primitivæ Ecclesiæ, ab hominibus excogitatas. Neque enim δ) ferendum, quod omnes solennitates nostras, quas cum Reformatis communes non habemus, ab hominibus tantum excogitatas vocat: Quasi vero, quæ ab Ecclesia olim introducta & comprobata sunt, nudæ hominum inventioni sint transcribenda! Quid enim ita de Festis ipsis majoribus, imo & de die Dominica, sic judicandum foret? Sexta tandem objectio: *Experientiam docuisse & docere abduc, cognitionem DEI magis abundare in illis Ecclesiis, ubi isthos*

ist hoc agendi modo relicto, Scriptura partim per integros libros Ordine continuato, partim ut occasio & necessitas aliqua singularis exigit, libere tractantur; Vanam partim gloriolam habet, partim nobis contraria non est. Nam & in nostris Ecclesiis Scripturæ, partim per integros Libros ordine continuato, partim ut occasio & necessitas aliqua singularis (quo nomine haud immixtito ordinatio etiam Ecclesiæ publica honoratur) exigit, libere tractantur.

## Aph. IV.

**T**extus ratione Quantitatis  
sit adæquatus.

Ende sic.

**T**extus hactenus consideratus est ratione Qualitatis, dictumque, quod ut plurimum atque primario ex ipsis Scripturis S. formaliter desumi debeat; ut non nunquam & secundario sufficiat, si materialiter tantum sit Biblicus. Nunc ratione

tione quantitatis spectandus est, respectu cuius *adæquatus* esse debere dicitur, h. e. talis, qui nec *brevior* justo, nec *prolixior*. Non *brevior*, quam ut integrum propositionem contineat; nisi forte *verbotenus* liber aliquis proponatur, ( quod a non-nullis, speciatim Magnif. LOESCHERO Nostro, factum esse meminimus, qui superioribus annis *Epistolam Iudæ* sic explicabat, ut singula verba singulis concionibus pertractaret; ) aut etiam concio tua aliqua præteritæ concionis pars, vel complementum sit. Ubi observabis, in priori casu integrum versiculum, vel certe propositionem quandam, aut enunciationem, sive orationem, integrum esse prælegendam; In posteriori etiam casu haud inutiliter totum textum, ut ut ex parte jam explicatum, prælegi, aut, si in residuo principale aliquod argumentum explicans non satis expressum sit, illud ex prioribus verbis in prælectione repeti debere. Non etiam *prolixior* sit textus, quam ut unius horæ spatio commode ex-

plicari & applicari possit. Hinc ubi Textus v.g. ex Historia Salvatoris Passionali, qui plerumque longissimi, sunt explicandi, consultum videtur, unicum saltim adhibere *Exordium*, & sive *Generale*, sive *Speciale* omittere, vel brevissimis duntaxat præmittere.

## CAP. III.

*De*

## SUBSIDIIS AD INTELLIGENDUM TEXTUM FACIENTIBUS.

Aph. I.

*Rite assumpto Textu, precipua Concionaturi cura sit,  
ut illum rite intelligat.*

*Exhortatio.*

**R**es per se clara est, quod, si quis alterum docere discupiat, necessum habeat, ut ipse rem docendam bene intelligat.

telligat. Intelligere autem Textum, est sensum ejusdem a Spiritu S. intentum, adeoque *innatum*, nosse atque perspectum habere. Unde nunc quidem opus non est, illatos etiam sensus perquisivisse, vel eos, qui, citra intentionem ac mentem Spiritus Sancti, ab interpretibus inferuntur in Scripturam S., eidemque attribuuntur. Sufficit ab initio, ad inveniendam Propositionem & Dispositionem, mentem Domini tantum nosse. Hinc de subsidiis nonnullis agemus, quae scopo huic inserviunt.

### Aphor. II.

*Subsidium primum est, attenta aliquoties repetita Textus in vernacula perlectio.*

#### *Endeors.*

**N**otandum, quod de *subsidiis* agamus a Concionaturo adhibendis, non de requi-

requisitis ipsi Concionaturo necessariis,  
 de quibus jam dictum primo Capite. In-  
 ter subsidia vero, ad Textus sensum per-  
 cipiendum facientia, commendamus pri-  
 mo omnium attentam *Textus in vernacula*  
*perfectionem* (1) quia ex Versione B. Lu-  
 theri, atque adeo in vernacula, & præle-  
 gendus & explicandus est Textus. (2)  
 Qvia sic Textus familiaris redditur &  
 tantum non memorie mandatur. (3)  
 Quia Versio B. Lutheri per DEI gratiam  
 ita est adornata, ut palmam omnibus  
 præripiat, certe dubiam faciat. Quod  
 vel ipsi adversariorum aliqui confiteri  
 necesse habuerunt, quos iater Jo. Stur-  
 mius, Orator Argentoratensis Reformato-  
 rus, ita speciatim scribit: *Si religionis re-*  
*stitutio non esset, si nullæ conditiones ejus ex-*  
*titissent, si nihil scripsisset aliud, quam ea,*  
*quaæ in V. & N. T. translata divulgavit: ta-*  
*men summa ejus & perpetua in hoc labore de-*  
*beret extare gloria.* Si enim hujus Germanicæ  
 translationi cæteræ Græcorum, Latino-  
 rum, aliorumque comparentur, cedere cogun-  
 tur

tur perspicuitate, puritate, proprietate,  
 similitudine Ebraicæ originis: *Credo, ut  
 Apellem nemo pictorum superavit, ita nec  
 Scriptorum quidem quisquam Lutheri Ver-  
 sionem poterit vincere.* Vide plura hanc  
 in rem apud *B. Caloviam* in Præfatione  
 Dedicatoria, Voluminis III. *Bibliorum suo-*  
*rum German.* itemqve post hunc *D. D.  
 Mayerum*, ut alibi, sic præcipue in Disser-  
 tatione de eo: *Quantum reformatio Lutbe-*  
*ri profuerit Papæ &c.* ubi haud unum ad-  
 invenies testimonium & documentum  
 egregium, quod alii etiam Lutheri nostri  
 hostes de Versione illius prodiderunt.  
 Quo ipso eo magis in pudorem dantur  
 illi, qui γνωτῶς Lutherani exaudiri eipi-  
 unt, & præ nimia tamen sapientia sua, vel  
 potius arrogancia *B. Lutheri Versionem*  
 in publicis, iisque Germanicis Scriptis,  
 aut pro concione etiam publica castiga-  
 re, severiusqve corrigere audent. Quam  
 rem haud injuria maxime improbandam  
 esse vel exinde constat, quod infirmiores  
 haud leviter sic offenduntur, & in sola-  
tio
2013

tio suo, quod ex B. Lutheri Versione hau-  
riunt, confunduntur, facile sic ob oriente  
scrupulo, Lutherum, si in uno vel altero,  
etiam in loco illo aberrare potuisse, qui  
maximum alias turbatis conscientiis sol-  
latum affert. Unde ad questionem:  
*An Lutheri Versio pro concione corrigenda  
sit?* Recte respondetur negando, præser-  
tim cum nemo demonstrare valeat, ulli-  
bi a B. Megalandro ita a Textu originali  
discessum esse, ut analogia fidei sit læsa.  
Atque eo magis vitanda Versionis illius  
publica correctio in rebus parvi momen-  
ti. Quæ majoris videntur notæ, mode-  
stissime annotentur. In reliquis autem  
prorsus taceatur, aut B. Megalander de-  
fendatur. Interim sufficit, Lutheri Ver-  
sionem, etiamsi aliquando *alteratam*, nun-  
quam tamen *adulteratam* reperiri, ut B.  
Dannhauerus inquit, qui in Theol. Con-  
scient. s. Symbulevt. Tom. I. p. 446. videa-  
tur. Cæterum ad excusationem B. Pa-  
tris facit, quod obscurissimo Bibliorum  
Ebraeorum exemplari (in Bibliotheca  
Electo-

Electorali Brandenburgica Berolini hodie  
num asserto ) usus fuerit; nec raro  
paraphrastem magis, quam nudum *interpretem*  
eagerit; in antiquiori sua Versione  
rem saepius accurate expresserit; vel in  
vertendo probatissimorum olim Interpretum & Commentatorum, v. g. LXX.  
Græcorum, Chaldæi, Vulgati, David.  
Kimchii, & cæterorum vestigia presserit,  
vel consentientes habeat. Illud insuper  
hic notandum, *Glossas* illas *marginales*,  
vel *interlineares*, quæ in plerisque exemplaribus Bibliorum Germanicis hodie  
reperiuntur, non omnes promiscue Luther  
ro tribuendas esse, quandoquidem certum,  
nonnullas ab aliis, vel ex propria  
sententia, vel ex discursu Lutheri, non sa  
tis percepto, additas esse.

## Aphor. III.

*Alterum subsidium est, dili  
gens Textus in fontibus  
evolutio.*

Exeg-

Cum minime nobis tam libeat esse absurdis, ut, quæ Bellarmini aliorumque hodie est injuria, Versionem B. Lutheri judicemus authenticam, vel plane infallibilem, urgeamus hic post attentam & repetitam Textus in vernacula perlectionem diligentem illius in fontibus evolutionem. Versiones enim manent versiones, hoc est, rivi, non ipsi fontes, ab hominibus quippe nec θεοπνέυσοις, nec infallibilitatis promissum habentibus profectæ, ut ait B. Scherzerus in Syst. Loco I. de S. S. §. 15. Quod vero nihilominus hoc subsidium altero demum post primum loco ponamus, ejus ratio jam in præcedentibus data est. Interim studiose nunc ad ipsos fontes remittimus Concionatum, ut vel de sensu ex versione Germanica hausto, eo certior fiat, vel ut, ubi humani quid passus est B. Lutherus, eo accuratius animadvertat, & ipse de eo judicium ferre possit, nec oculis tantum alienis videre opus habeat: Sic enim pluscula

cula vice sentiet, sine causa non ha-  
quam B. Lutherum a Nostris etiam car-  
pi, aut cum Textu Originali facile conci-  
liari posse. Ut taceam, quod evolutio  
hæc unicuius Textus analysi, infra com-  
mendandæ, haud parum utilitatis affer-  
rat, & ad sensum verum inquirendum,  
variasque meditationes salutares, viam  
rationemque pronissimam sternat.

## Aph. IV.

*Tertium subsidium est, Ver-  
sionum præcipuarum col-  
latio.*

Ἐνθεος.

**P**ræcipuarum, inquam; Neque enim  
cujusvis farinæ translationem evo-  
lvere opus est. Commendamus E. præci-  
pue eas, quæ in *Bibliis Polyglottis Briani  
Waltoni* exhibentur. Ex quibus vero  
præaliis *Chaldaica & LXX. Viralis Veteris,*

*Syriaca*

*Syriaca* vero Novi T. commendantur. Nec seponenda plane *Vulgata*, ab *Osiandro* præsertim emendata. *Junii* quoque ac *Tremellii*, ut & *Belgica* utiliter evolventur. Hodie ab eruditis *Anglica Hammondi* Versio omnibus aliis præfertur, & omnium proxime ad Hebrææ linguæ indelem (quod olim de *Belgica* judicavit *Hüsemannus*) composita censetur. Quod de cætero hæc Versionum præcipuarum collatio, inter subsidia huc facientia merito numeretur, facile colligitur ex eo, quod Versiones nonnunquam sanum sensum subministrant, vel in sano sensu, jam ex antecedaneis subsidiis percepto, magis confirmant.

## Aph. V.

*Quartum subsidium est, Hermeneutica seu Exegetica sensus investigatio.*

Exde-

## I.

**P**Eractis, quoad fieri potest, iis, quæ hactenus commendavimus, perspectisque sic sententiis, quæ partim ex fontibus, partim ex Versionibus sese offrunt, si scrupulus nihilominus supersit, & sensus clare satis se nondum offerat, ad hermeneuticam sensus investigationem configiendum est. Quæ vero, cum peculiari studio tradenda sit, hic paucis tantum delibenda erit.

**S. II** Præcipue omnium attendendum ad ipsa verba est, per quæ vel *immediate* tantum, vel *mediate*, h. e. mediantibus rebus, per verba significatis, mens divina nobis manifestatur. Utrum priori tantum, an vero *posteriori* etiam modo mens Spiritus S. per verba significetur, ipse Spiritus S. in locis Scripturæ aliis expresse nos docere solet. Hinc ubique hoc non fit, ibi nos tuto confidere possumus, Spiritum S. nullum alium, quam qui ex verbis

verbis *immediate* fluit, sensum primario intendisse. Sic, cum ex tota S. Scra non appareat, Spiritum S. in præcepto Deut. XXII, ii. de non induendo vestimento ex lana & linoque contexto, alium sensum, quam qui ex verbis *immediate*, elicitor, intendisse, proinde nemo facile dixerit, piis istas Patrum Doctorumque Ecclesiæ cogitationes, de devitando Syncretismo, hypocrisi &c. a Spiritu S. primario hic significatas fuisse.

S. III. Quod si vero Verba *immediate* mentein divinam manifestant, tunc cogitandum est, verba sumi debere aut *propria*, aut *figurate*. Jam tenenda est regula: *Propriam nativamque verborum significationem studiose retinendam esse*, nec deserrandam unquam, præsertim in sede dogmatis, nisi Scra. S. *impropriam verborum acceptiōnem ipsa ostendat*. Cum enim Scra S. clara sit, perspicua & certa, dubium non est, eam in plerisque locis, ac præcipue ibi, ubi doctrina aliqua fidei vel morum ex professo, (quod ajunt) tradenda fuit,

fuit, h. e. in sede doctrinæ, (ut alias loqui-  
mur) iis usam esse verbis, quæ itidem  
clara, certa atque perspicua, remque si-  
gnificanter satis exprimentia, quippe ex  
quibus unice perspicuitas scripti pendet.  
Huic vero usui, quia propria, & in nativa  
sua significatione sumta verba, omnium  
felicissime inserviunt, proinde & signi-  
ficatus verborum proprius studiose ubi-  
que tenendus erit. Addimus tamen  
*Nisi S. Scr. impropriam verborum acceptio-  
nem ipsa ostendat; Quod fit partim expli-  
cite, per locos parallelos, vel additam epe-  
xegeſin; partim implicite, per scopum, con-  
textum, Phraseologiam, Analogiam, cum  
eam, quæ in fidei articulis, tum illam,  
quæ in præceptis morum, reperitur.*

§. IV. Illustremus hoc exemplis. In  
propositionibus: *Accipite, edite, hoc est  
corpus meum; Accipite, bibite, hic est san-  
gvis meus,* verba, prout jacent, h. e. pro-  
priissime accipienda esse, exinde patet,  
qvod in locis, ubi hæ propositiones re-  
periuntur, non tantum sedes est doctri-

na de S. Cœna, sed & nullo in loco alio  
 Scra S. sive explicite, sive implicite ostendit,  
 verba illa, præcipue tò accipere, edite, bi-  
 bire, est, *Corpus meum, sanguis meus, impro-*  
*prie & figurate accipienda esse.* Quod  
 ipsum etsi Reformatorum plerique o-  
 stendere satagant propter analogiam fidei,  
 quæ non patiatur verum corpus et ve-  
 rum sanguinem CHRISTI ore accipi,  
 manduca, bibi, aut in tam multis locis  
 substantialiter simul adesse; atque hinc  
 colligant, terminos accipiendi, edendi,  
 bibendi, itemque Corporis & Sanguinis  
 CHRISTI tropice, illosque metaphorice,  
 hos vero metonymice accipi debere; Ta-  
 men hanc improprietatem verborum  
 non ipsa Scra S., sed male sana, nec sub  
 obedientiam fidei ducta adversariorum  
 ratio, tantum ostendit, in rebus fidei  
 nullatenus audienda. Sic e contrario  
*Joel. II, 13.* præceptum de scindendis cor-  
 dibus, *improperie de vera contritione cor-*  
 dis, et pœnitentia, accipiendum esse, par-  
 tim explicite, per additam *epexegesin*, par-  
 tim

tim implicite, per scopum, contextum, & analogiam indicatur & cognoscitur. Item *Cœlum novum & Terram novam* Isa. LXV, 17. LXVI, 22. II. Petr. III, 13. non de novo quodam mundo proprie, sed *impropriæ* de ~~in~~ beatorum intelligi debere, facile ~~in~~ cœus parallelus Apoc. XXI. tot. evincit. Porro templum Ezechielicum itidem non *proprie*, de exstruendo novo templo, sed *impropriæ*, de spirituali DEI domo, accipendum esse, *contextus* ad oculum monstrat, de quo vel solus conferatur B. Lutherus in præfatione ad Ezechielem. Nec minus illa præcepta de *cripendis oculis, abiiciendis manibus ac pedibus*, Matth. V, 29. XVIII, 4. sqq. *impropriæ* accipienda esse, *analogia* docet. Nonnunquam & ipsæ Phrasæ *improprietatem* aperte arguunt, ut sunt: *ambulare cum DEO*, Gen. V, 22 *Furari cor*, Gen. XXXI, 20. *Coacervare in caput inimici carbones ignis*, Prov. XXV, 22. Rom. XII, 20. & complures aliæ.

§. V. Atque, sic diximus quidem, quo pacto indagare queas, propriene verba,

an improprie sive figurate sumantur;  
 Sed cum ne sic quidem statim genuinus  
 pateat sensus, proinde dicendum restat,  
 quæ potissimum circa hoc negotium ob-  
 servanda momenta sint. Dico paucis:  
 Sunt iterum *Phraseologia*, *Scopus*, *Contex-  
 tus*, *Parallelismus & Analogia*. Neque  
 enim ullus Scræ locus, ad fidem vel mores  
 pertinens, tam erit obscurus ac difficilis,  
 ut verus ejusdem sensus ex aliquo ho-  
 rum fontium feliciter satis deduci ne-  
 queat. Sic cum *phrasis ambulare* cum vel  
*coram DIO*, de hominibus, in hac vita  
 constitutis, usurpata, nihil alibi, quam  
*piam vitam* designet, cur dubites, in tuo  
 præcise textu, ita sumere? Item, cum vox  
*mundi* in nullo S. Scræ loco *solos Electos*  
 denotet, cur hæreas, num & significatio  
 ea eidem in *Job. III, 16.* deneganda sit?  
 Porro, cum *scopus* Apostoli Pauli *Rom. XII,*  
 a versu 9. ad fin. usque, hic sit, ut exhortet  
 tur suos ad veram proximi dilectionem,  
 cuius varios deseribit actus, inter-  
 que eos partim *affirmativos* nominat, v.g.  
 bene-

benedicere persecutoribus & maledicentibus,  
 v. 14.; esurientem inimicum pascere, siti-  
 enti potum dare, v. 20.; vincere malum bono,  
 v. 21.; partim negativos, v. g. nemini ma-  
 lum pro malo reddere, v. 17.; non semetipsum  
 ulcisci, v. 19.; proinde solis luce clarius,  
 coacervationem carbonum ignis in caput ini-  
 mici non de concilianda inimicis pena,  
 aut vindicta divina, ut nonnulli putant,  
 quin potius de suscitando in hostis ani-  
 mo amoris fervore, accipiendam venire.  
 Porro Gen. XVI, 8. 9. similibusque aliis  
 in locis, per Angelum non nisi *in creatum*  
*Angelum*, *Filium* nempe DEI, intelligen-  
 dum esse, ex *Contextus* dictorum illorum  
 solidissime demonstrari potest. Vid.  
**Calorius** præcipue in *Bibl. Illustratis* ad il-  
 la loca; It. *Quenstedtius* P. 1. Syst. c. 7.  
 Sect. 2. q. 1. nec minus omnes, quos ille  
 ad calcem quæstionis laudavit. *Paralle-  
 lisnum* quod attinet, ex illo explicatio di-  
 ctorum complurium pendet, ut ex *Bibliis*  
*Parallelis*, v. g. *Vinariensis*, *Osiandrinis*,  
*Galovianis*, aliisque conspicitur. Ex in-

numeris duo adducemus. Per *Semen Abraham*, in quo omnes benedicendæ gentes, *Gen. XXII, 18.* nullum alium, quam CHRISTUM, intelligi debere, locus parallelus *Gal. III, 16.* docet. Item, quod Esaias Propheta *cap. LXI, 1. & 2.* non defit, aut quopiam *alio*, sed de *Messia* loquatur, iterum ex *Luc. IV, 18.* sqq. dispalefecit. Ex *Analogia* denique facile intelligitur vocem *δέξαθαι*, *Act. III, 21.* non *passive*, sed *active* sumi debere, quia alias tolleretur articulus de *Communicatione Idiomatum & Sessione Humanæ CHRISTI naturæ ad dextram DEI Patris.* Item *indurationem* hominum, DEO tributam in nonnullis Scræ S. locis, non de *effectiva*, sed *permisiva* induratione intelligendam esse, rursus *Analogia* docet; Tolleretur enim alias Articulus de *summa DEI Perfectione, Bonitate, Sanctitate & Justitia.* Ut ut ex loco parallelo *Exod. IX, 34. & 35.* idem facilime colligi queat. Sed hæc hactenius de exegética sensus investigatione delibassè sufficiat.

Aph.

79

Aph. VI.

Quintum tandem ad intelli-  
gendum textum haud pa-  
rum faciens adminiculum  
est Commentatorum opti-  
morum inspectio.

Ende sic.

§. I.

**A**dhibito, post alia, proprio sensum in-  
vestigandi studio, nonnulli tandem  
Optimorum Commentatorum inspici  
poterunt & consuli: Partim, ut eo ma-  
gis in tua sententia, si vera sit, confirme-  
ris, partim, ut sententiam, sicubi fortas-  
sis erronea, in tempore mutare valeas;  
partim, ut aliorum quoque opiniones  
tibi notæ subinde fiant; partim, ut varia-  
rum ad ædificationem facientium rerum  
commonefias. Ejusmodi Commenta-  
tores exhibent, v. g. *Biblia Dorschæi Nu-*

D 4

*merata,*

merata, quæ vero satius esset, si ipse Dor-  
 schæus absolvere potuisset. Habes ple-  
 rosque in *Repertorio Biblico Wittenii.*  
 Confert hoc quoque haud parum B. Ca-  
 lovius in *Prolegomenis ad Biblia Illustra-*  
 ta, Friedliebius Theol. Exeget. προλεγο-  
 γένεων ad quemque Librum §§. ultimis.  
 Olearius in der *Biblischen Erklärung*  
 in qua peculiari semper alicujus libri  
 prolegomeno, sub Titulo quarto, die  
 dendwürdige Erklärung dicto, optimos  
 allegare solet Autores. Hodie quoad  
 conciones, super quovis libro, vel dicto,  
 in vernacula editas, omnibus palmam  
 dubiam facit Dn. Prætorius in *Bibliotheca*  
*Homiletica.* Nos in præsenti commen-  
 damus ex Commentatoribus Universa-  
 libus, iisque nostris & recentioribus (de  
 aliis enim alii videantur) 1. *Biblia Vina-  
 riensia*, 2. *Osiandrina*, Latina pariter  
*Andreae*, atque Germanica *Luca.* 3. Jo.  
 Olearii *Biblische Erklärung.* 4. *Calovii*  
*Germanica & Illustrata.* 5. *Friedlibii*  
*Exegeticam Theologiam.* Ad usus e-  
 ruendos

ruendos facient Biblia Crameri. Ad dis-  
ponendum Idea dispositionum Biblica-  
rum Gottfr. Olearii.

§. II. Ex Commentatoribus specia-  
lioribus nominabimus paucos, nostros  
quidem et eos, quos vel ipsi utiles repe-  
rimus, vel commendavit nobis olim præ  
aliis *Magnif. Mayerus*, in *Bibliotheca Theol.*,  
Iectionum publicarum loco nobis rese-  
rata ( quæ, si, ut nuncius nuper affereba-  
tur, publicæ exponeretur luci, haud exi-  
guam studiis sacris allatura foret utili-  
tatem ) ejusdemque *Armario* statim I.  
Nempe scripsit

In Pentateuchum Jo. Adamus Osiander.

N.B. specialissime in Genesin, B. *Lutherus* Lat. & Germ. it. B. *Calovine* pec. Comment.

In *Josuam.* Brentius, Balduinus, I. A.  
Osiander.

*Judicium.* Idem. Hodie cum eu-  
ra pertractatur hic Liber a Ma-  
gnifico Laescherio Nostro in Concilio-

( 82 )

nibus, quas vocant, hebdomada-  
libus.

*Ruth*, post Brentium, Chyträum &  
Heidenreichium, ante aliquot  
annos B. Antecessor meus, Schim-  
merus.

*Libb. Samuelis*, Hieron. Wellerus,  
Bidembachius, J. A. Osiander.

*Libb. Regum & Chronicorum* idem Bi-  
dembachius; *Esdræ, Nehemiae &*  
*Esther*, Sarcerius.

*Jobum*, Seb. Schmidius, & Dn. D.  
Wolffg. Melch. Stillerus, HalisSa-  
xonum, desideratissima patria,  
Ullricianus Pastor dexterimus.

*Psalmos, Proverbia & Kohleth* Geie-  
rus. Dietericus etiam specia-  
tim in *Kohleth*.

*Canticum* Nicolaus Röperus &  
Schüttenius.

In *Prophetas Majores* generatim Phi-  
lippus Heilbrunnerus, & Dan. Cra-  
merus in *Schola Prophetica*. Spec-  
iatim.

In

In *Esaiam*, post Brentium, Forsterum,  
Varenium, Seb. Schmidius.

*Jeremiam*, Hülsemannus, & Seb.  
Schmidius.

*Threnos*, Hulsemannus, quem nu-  
per extendit Dn. Jo. Andr. Gle-  
chius, Concionator Aulicus Dres-  
densis disertissimus, a primis sta-  
tim annis Academicis nobis a-  
matisimus; B insuper haud ita  
pridem Schimmerus.

*Ezechiem* Seelneccerus & Hafen-  
reckerus.

*Danielem* Geierus.

In *Prophetas Minores* generatim Pap-  
pus, Winckelmannus & Tar-  
novius.

In *Hoseam* & *Joelem*, Gesnerus.

*Amosum*, Jo. Henr. Ursinus in der  
göttl. Dräu-Posaune von The-  
sa.

*Obadiam*, Seelneccerus & Ges-  
nerus.

*Jonam*, Hunnius, Striegnitius, T. o.  
D 6 Fried.

(84)

Fried. Mayerus im Hamburgis-  
chen Ninive.

*Micham*, Grauerus.

*Nahum*, Cundisius.

*Habacuc*, Winckelmannus & Ha-  
fenrefferus.

*Zephaniam*, Seelneccerus & Win-  
kelmannus.

*Haggaeum*, Matthias Hoe & Win-  
kelmannus.

*Zachariam*, Balduinus & Dor-  
schæus.

*Malachiam*, Joh. Höpnerus, Bal-  
duinus & Chytreus.

In Libb. *Apocryphos* generatim conser-  
ri possunt Jo. Raynoldus, & Fried.  
Spanhemius, et si non plane nostri;  
Ille in Lib. de *Censura Apocrypho-  
rum*, Hie in de *Mendacitis Apocry-  
phorum* tractatu. Speciatim.

In *Judith*, Joh. Feinlerus in *Bethulia*  
obsessa & Liberata.

*Sapientiam*, Conr. Dietericus.

*Tobiam*, Elias Heidenreichius.

*Eccle-*

*Ecclesiasticum, Sacerius Jo. Mattheus & Stisserus sup. laudatus, disposit.* 170.

*In Evangelistas generatim Harmonia Chemnitio - Lysero - Gerhardiana conferatur.*

*Acta Apostolica, Bernh. Schmidius & Rothmalerus.*

*Epistolas Paulinas Balduinus. Speciatim.*

*In Epist. ad Ebreos Seb. Schmidius.*

*In Epist. Jacobi Brochmandus.*

*Petri utramque Gerhardus.*

*Johannis triplicem Seb. Schmidius.*

*Jude Pomarius.*

*In Apocalypsin Cluverius, Hoe, Luctus, Kromayerus.*

86

## CAP. IV.

*De*

# TEXTUUM GENERIBUS ET SPECIEBUS.

Aph. I.

*Genera textuum sunt quinque: Didascalicum, Elencticum, Paedevticum, Epanorthoticum, Paracleticum.*

*Endeosis.*

§. I.

**A**cquisito textus sensu, ad suam ille genus venit reducendus. Non enim unius ejusdemque generis Textus sunt, utut ex omnibus capi valeat ansa, ad pietatis quædam officia auditoribus persuadendum. Aliud quippe *ansa*, a textu suppeditata, aliud *materia*, in textu

CON-

contenta. Illa non facit *Genus*, sed *U-*  
*sum textus*. Hæc vero per sepe variat,  
 sic, ut non tantum diversa textuum *gene-*  
*ra*, sed etiam unius *generis* diversæ *species*  
 constitui debeant, uti deinceps uberioris  
 dicemus. Hinc illorum opinionem re-  
 pudiamus, qui *unicum* tantum omnibus  
 textibus attribuunt genus, nempe *de- li-*  
*berativum*. Sepositis etiam cum Ponti-  
 feriorum *quatuor generibus*, *Literali*, *Alle-*  
*gorico*, *Morali* & *Anagogico*, (quibus *Dann-*  
*bauerus* jocose *Catagogicum* addit;) tum  
 aliorum ex profana Rhetorica desumptis  
 generibus, quibus alii *Non-definitum*, alii  
*Terribile* sive *Formidabile* addunt; in  
*quinque* illis, quæ supra adduximus, ae-  
 quiescimus, ab ipsa quippe S. Scra indi-  
 gitatis II. *Tim.* III, 16. & *Rom.* XV, 4. Vid.  
*Hülfemannus* & *Carpzovius* in libellis suis  
*Homileticis*, it. *Mayerus Mus.* P. 2. p.  
 49. sq.

§. II. Habent hæc *Genera* certa sua  
*Objecta*, certasque *Species*, quibus rite ob-  
 servatis *scopus* & *summa textus* facile co-

gnos-

gnoscitur. *Didascalici* ac *Elencticis* obiectum est quodvis πιστὸν, sive credendum, sub quo & scibiliā quævis, *bistoriae*, *apologi*, *definitiones*, *divisiones*, & id genus alia, comprehenduntur. *Pædeticis* ac *Epanorthotici* Objectum est quodvis ὥγαντὸν, sive agibile. *Paracletici* demum quodvis ὥρητὸν, h. e. ut ita loquamur, quodvis *passibile*, sive quævis afflictio.

§: III. Ubi tamen hoc observabis, quod et si duo priora genera unum habent objectum *materiale*, *formale* tamen, sive *considerandi modus*, diversus sit. Tractantur enim credenda in *didascalico* genere *thetice* h. e. ita, ut monstretur, quid credendum sit; In *Elenctico* vero *antithetice*, h. e. ita, ut monstretur, quid non credendum sit. E. g. Quod *Eph.* II, 4. 5. 6. 7. & priori in parte v. 8. *thetice* tractatur, illud in posteriori v. 8. parte, & versiculo 9. *antithetice* tractatur. Hinc priora verba ad genus *Didascalicum*; posteriora vero, ad genus *Elencticum*, pertinent. Parimodo et si duorum sequentium Generum

rum quodlibet circa agibilia versatur, in  
*Pædevitico* tamen tantum agibilia sequen-  
 da, qua talia, h. e. *Virtutes*, in *Epanor-*  
*thotico* vero agibilia fugienda, qua talia,  
 h. e. *vicia*, tractantur. Notandum au-  
 tem hic iterum, quod dicamus utrobi-  
 que: *qua talia* h. e. *qua* vel *quatenus se-*  
*quenda* aut *fugienda*. Nam si saltem vir-  
 tutes aut vicia describantur, non vero in-  
 simul eorum aut *sequela*, aut *fuga* suadea-  
 tur, textus non tam ad *Pædeviticum* vel *E-*  
*panorthoticum*, quam ad *Didascalicum*, vel  
*Elencticum* Genus, pertinere censendus,  
 prout nempe textus docet, quomodo vir-  
 tus aut vitium vel describi, vel nondescri-  
 bi debeat. Sic quoniam *Ebr. XI*, 1. tantum  
 docetur, quomodo *fides*, quæ alias inter  
 τὰ ὁρατὰ sequenda omnino numeran-  
 da, partim describi, partim non describi  
 debeat, proinde textus ille non ad *Pædev-*  
*ticum*, sed partim *Didascalicum*, partim *E-*  
*lencticum* spe*ciat*. Item quoniam *Matth.*  
 V, 21. 22. & 27, 28. de peccatis contra  
 V. & VI, præceptum, quæ alias sunt τὰ

προ-

παντὰ fugienda, docetur, quomodo ad  
 mentem sanctissimi LLatoris descri-  
 benda, vel non describenda sint, proinde  
 versus illi rursus non tam ad *Epanorthotis-  
 cum*, quam didascalicum & *Elencticum*  
 genus referendi sunt. Ultimum deni-  
 que Genus, *Paraceticum* nempe, omnis  
 generis afflictionem, sive corporalis ea sit, si-  
 ve spiritualis, pro objecto agnoscit, modo  
 itidem de eo non tractetur descriptive  
 tantum, h. e. ita, ut nude doceatur, quo-  
 modo habeat aut non habeat. Sie ver-  
 siculi 24. ad 28. II. Cor. XI, sunt generis  
 Didascalici, utut varii generis afflictiones  
 contineant, quæ Apostolo perferendæ  
 fuerunt; continent enim eas descriptive  
 tantum, docentque, quomodo habue-  
 rint se olim, aut adhuc habeant. Ita  
 quoque Sap. III, 1. non tam Paracleti-  
 cus, quam *Didascalicus* & *Elencticus* est ha-  
 bendus, ut ex intuitu patet.

Aphor.

¶(91)¶

Aphor. II.

*Didascalici generis species  
sunt: Narratio, Affertio,  
Prædictio.*

Enθεοις.

Cum felicius materia textuum, scopique ac summæ eorundem, ab invicem distingui non possint, quam certis cuicunque generi classibus attributis, hinc factum, ut variæ, & numero quidem tres, unicuivis Generi adscriptæ fuerint Species, de quibus cum B. Rivinus ita egerit in *Explanat. Hodeget. Carpzov.* p. 18. sqq. ut vix quisquam dilucidius vel accuratius; placuit, eundem in hac doctrina sequi. Facimus E. cum illo tres has *Didascalici Generis Species*:

(1.) *Narrationem*, qualis in plerisque pericopis Evangelicis, in Evangelistis ipsis, & libris Historicis occurruunt.

(2.)

(2.) *Assertionem* ( de re quapiam fidei,  
h. e. de credendo quopiam, vel etiam  
alio quopiam scibili, doctrinæ causa,  
non vero adhortationis in morem,  
vel paracletice conceptam ) Job. III,  
16. I. Tim. II, 4. 5. 6. I. Tim. IV, 10.  
Huc pertinent etiam omnes *Descriptiones*  
locorum, personarum, virtutum,  
vitiorum, afflictionum. Itemque *Doxologie assertive* conce-  
ptæ. Psalm. CIII, 8.

(3.) *Predictionem* h.e. vaticinia. ut *Esa.*  
*IX, 6. XI, 1. Obs.* quod vaticinia &  
prædictiones ad alia nonnunquam  
genera, pro diversitate nimirum  
scopi, referri possint. v. g. ad *Epa-*  
*northoticum*, si ad correctionem mo-  
rum vergunt, & poenam minantur:  
Tunc enim ad *comminationem*, ge-  
neris Epanorthotici speciem, refe-  
runtur, ut *Jer. XIV, 2-6.* Vel ad  
*Pædeuticum*, cum pro scopo habent  
*adhortationem*, ut *Jon. III, 4.* Vel  
ad *Paraceticum*, cum promissio-  
nem

¶ (93) ¶

nem vel prædictionem auxilii con-  
tinent, ut *Jos.* I, 5. 6.

### Aphor. III.

*Elenctici Generis Species sunt:*  
*Refutatio, Disceptatio, Er-*  
*roris exprobratio.*

Ἐνθεος.

**H**Arum specierum exempla notentur  
sequentia:

(1.) *Refutationis.* *Mattb.* XXII, 30.  
*Rom.* XIV, 17. *Jac.* I, 13. *Mattb.* V,  
17. 18.

(2.) *Disceptationis* vel *Disputationis.*  
*Mattb.* XXII, v. 23-32. item v. 42.  
43 44. *Job.* III, 2-15.

(3.) *Erroris Exprobratio.* *Mattb.* XXII,  
29. *Job.* III, 10.

Aph.

¶ (94) ¶

Aph. IV.

*Pædebtici generis species sunt:  
Adhortatio, Commendatio,  
Precatio.*

*Enθεοις.*

**D**E his nota:

(1.) *Adhortationibus plerosque textus  
Epistolicos plenos esse. Pertinent  
huc præcepta, speciatim ea ex Deca-  
logo, quæ sunt affirmativa; Suasio-  
nes item & consilia. I. Cor. VII, 2. 3.  
2. Cor. VIII, 7. 8. Apoc. III, 18. Dan.  
IV, 24. Refert huc etiam B. Rivi-  
nus Doxologias parænetice conce-  
ptas, Apoc. VII, 12. Rom. VI, 17.  
Psalm. CXVII, it. Psalm. CL. uter-  
que toti.*

(2.) *Commendationem virtutis reperiri  
v. g. I. Tim. IV, 8. coll. cum 7. Prov.  
IX, 10. 11. coll. cum 6. Jac. I, 27.  
coll. cum 21. 22. Levit. XXVI, 3.  
4. coll.*

95 (95)

4. coll cum 2. Cum enim virtutes in his textibus non solum describantur eo fine, ut earum qualitates vel utilitates cognoscamus, sed etiam, ut ad earundem exercitium instigemur, ideo rectius textus illi ad genus *Pædevticum*, quam *Didascalicum* referatur, notante id ex B. *Hüsemanno* rectissime B. *Rivino*, p. 20. l. c.

(3.) *Precautiones* quoque hoc referuntur. v. g. *Psalm. V*, 2. 3. 4. It. *Ps. I. m.* *Vl*, 2: sq. Has preces *Hüsemannus* & *Rivinus* analogice hoc referunt, quia quasi hortantur DEUM ad exercendam misericordiam, & per argumenta *pædevticia*, præeunte Scra S., deduci possunt ac debent, uti id B. *Rivinus* præcipue p. 20. elegantissimis exemplis illustrat. Paribus de causis referre hoc possumus *Benedictiones Num. VI*, 24. 25. 26. II. *Sam. VII*, 28. 29. *Psalm. LXVI*, 1. & 7. Imo & *Imprecationes* sive *Exe-*

era

96

erationes impiorum, ad DÉUM directæ, quippe quæ implorationem quandam divinæ justitiae ac vindictæ exercendæ continent, & instar precum per argumenta pædevtica nonnunquam deducuntur. Psalm. ClX, 6-20. incl. Thren. I, 12. Psalm. V, II. Porro etiam Doxologie divinæ optative conceptæ, qualis est, judice B. Rivino, Rom. XI, 36. Nos addimus: Psalm. XVIII, 43. Psalm. XXXV, 27.

### Aphor. V.

*Epanorthoticum Genus species habet: Dehortationem, Vitii Exprobrationem, Comminationem.*

Enθesis.

(1.) **D**ehortationis exempla sunt I. Cor. VI, 18. X, 7. Luc. XXI, 34. Rom. XII,

XII. 19. Ubi iterum notat B. Rivinus p. 21. & 22. posse dehortationes ad Genus *Pædevticum* reduci, si scilicet non ipsum *vitium*, a quo dehortatur textus, sed ejus *fugam vel aversationem* pro objecto sumamus. Unde si in allegatis exempli scortationis, idolatriæ, ebrietatis & vindictæ privatæ *fuga* vel *aversatio* potius, quam *yitia* ipsa, pro objecto assumantur, textus pertinebunt ad Genus *Pædevticum*, illiusque speciem, *adhortationem*, quippe quibus ad aversationem horum vitiorum, tanquam ad virtutem quandam, incitamus.

(2.) *Vitii Exprobationem* dum Epanorthotico Generi adscribimus, intellectum volumus *vitium*, non *intellectus*, quod *error* alias dicitur; Hujus enim *exprobatio* ad Genus *Elencticum* pertinet, ut supra dictum: Nisi forte accedat affectatio & supina quedam negligentia. Nam sic etiam *erroris*, vel *vitiis intellectus exprobra-*

E tio

(98)

tio huic pertinere censenda est. Ebr.  
V. 11. 12. Sed intelligimus h. l. vitium  
Voluntatis & affectuum. I. Cor. V, 6.  
XI, 17. 21.

(3.) *Comminatio* deprehenditur, v. g. Esa.  
V, 5. 6. 7. Jer. XVI. 13. Huc refer et-  
iam *Execrationes* seu *Imprecationes*, ad  
impios ipsos hunc in finem directas,  
ut illi a malitia sua deterreantur. Act.  
VIII, 20. March. XXIII, 13. 14. 15.

### Aphor. VI.

*Paracleticum Genus* denique  
habet Species: *Conquestio-*  
*nem*, *Consolationem* et  
*Promissionem*.

#### Ex. Geog. 15.

(1.) *COnquestio* reperitur v. g. Tbren.  
I, 20. Psalm. XIII, 2. 3. Psalm.  
XXXVIII, 3 14. 15. Ex quibus exem-  
plis patet, *precatio*nes (quæ alias ad  
Ge-

❧ (99) ❧

Genus *Pedeveicum* referebantur)  
si querelarum, quam imploratio-  
num pleniores sint, huc reducen-  
das esse.

- (2.) *Consolatio* est vel *activa*, qua affli-  
ctus ipse se solatur, *Psalm. XLII. 6. 12.*  
*XLIII. 5. Psalm. LXXIII. 23.* ad fin.  
Vel *Passiva*, qua afflictum alius so-  
lator, *Ez. XLI. 10. 14.*
- (3.) *Promissio* intelligitur de *auxilio*.  
*Psalm. XCI. 14. seqq.* Ubi nota (in-  
quiente iterum *B. Rivino* in Colle-  
gio MSC.) si promissiones sint nu-  
dæ prædictiones rerum futurarum,  
pertinent ad *Didascalicum* genus, ut  
*Deut. XXVIII. 12.* Sed quando ob-  
jectum afflictum vel in ipso textu  
est, vel in contextu habetur, perti-  
net ad *Paracleticum*. *Psalm. XCI. 14.*  
*Psalm. XII. 6.* Hinc referuntur etiam  
*Exempla præstigi auxilii. Psalm. XCIV.*  
*19.* Unde & *Doxologie*, ob præsti-  
tum DEI auxilium dictæ, huc spe-  
ctant. *Psalm. LXVIII. 20. 21.*

100

Aphor. VII.

*His Generibus eorundemque  
objectis ac speciebus rite ob-  
servatis, scopus ac summa  
textuum facile cognoscitur.*

*Entheosis.*

**S**unt, quibus doctrina hæc de *Generi-  
bus ac Speciebus* textuum citra omne-  
jus et fas exosa est, cum tamen sit utilis-  
sima. Unde *B. Carpzovius*, Parens, quam  
optime: *Hæc quinque dicendi genere, in-  
quit, perpetuo in mente haberi debent, ut ad  
unum ex illis, vel etiam plura, omnis textus  
referri posse, si de ejus scopo cognoscere al-  
quis, & feliciter, quid reconditum in eo sit.  
quid item de eodem dici possit, indagare ve-  
lit. Hodoget. Memb. I. Apb. 3. §. 2.* Nec  
minus bene *Magnif. Dn. D. Heberlinus.*  
*Horum generum scribit, in Textibus Biblio-  
cis accurata consideratio non saltem conduci  
ad sensum literalem, vel mentem Spiriti-*



tus Sancti eo felicius indagandam; Sed im-  
primis etiam hunc usum habet, ut intelligat  
Ecclesiastes, quid in Tractatione & Appli-  
catione ad Ecclesiam, quilibet textus natu-  
ra sua potissimum exigat, an docendum,  
an refutandum, an corripiendum, vel ad-  
monendum, an erigendum sit. Vid. Ejus  
Manuductio ad Oratorium Ecclesiast. Theo-  
logiae Practicæ, ejusdemve specimini, an-  
nexa, §. 9. per tot. Nos in præsenti hoc  
præcipue urgemus, quod hactenus tra-  
dita de Generibus, eorundemque objectis  
ac Speciebus, si rite attendantur & obser-  
ventur, facillimam scopi summaque textus  
faciant cognitionem. Scopus enim ex Spe-  
cie; Summa vero ex Objecto cum Specie  
conjuncto cognoscitur: Utrumque ve-  
ro ad Inventionem Propositionis & Partitio-  
nis eo planiorem viam pandunt. Sic e.g.  
Evangelii Dominicæ I. Advent. Species  
est Narratio, ergo scopus, narrare. Ob-  
jectum est introitus CHRISTI in Hierosoly-  
mam ultimus; Ex quo cum specie con-  
juncto oritur Summa totius Evangelii;

Nemlich/ es wird erzehlet/ Christi letzter  
Einzug in Jerusalem. Item Job. III, 16.  
*Species est Assertio, unde scopus, assertere,  
informare, doceere. Objectum est amor  
DEI universalis. Utrumque dat sum-  
mam: GESCHÜS lehret von der allge-  
meinen Liebe Gottes.*

## Aph. VIII.

*Notandum, quod idem textus  
ad varia nonnunquam re-  
ferri possit Genera.*

Ex Georg.

## §. I.

**U**T textus idem in pluribus simul sit  
generibus, id contingere potest ei-  
dem vel *totaliter* ( h. e. quoad omnes,  
quas continet, propositiones, simul sum-  
tas ) vel *partialiter* ( h. e. quoad singulas,  
quas continet, propositiones ) spectato.  
I. *Totaliter spectatus considerari potest*

(10)

(1.) vel *Absolute & sine respectu ad contextum*, & sic ad unum tantum genus aliquod pertinebit v. g. *Col. I, 14.* est in genere *Didascalico*, quia continet *assertionem*, de facta per **CHRISTUM** redemptione nostra. Item *Eph. IV, 5. & 6.* absque respectu ad contextum considerati ad Genus *Didascalicum* spectant, quia *assertionem* continent de variis rebus credendis; vel *Relate & in respectu ad contextum*, & sic superiuscule ad plura genera spectabit. Sic *Col. I, 14.* si consideretur cum respectu ad contextum, et conferatur cum vers. 12., non tam ad *Didascalicum*, quam *Pædevticum*; item *Eph. IV, 5. 6.* relate ad vers. 3. considerati itidem ad *Pædevticum* Genus referendi sunt. (2.) Poiro totaliter spectatus textus considerari potest vel secundum scopum scribentis aut referentis; vel secundum scopum dicentis vel loquentis. Scopus hic ubi diversus, ad diversa quoque textus spectabit genera. Sic in verbis: *Gey getrost / mein Sohn, deine Sünde sind dir vergeben!*

*Matth. IX, 2.* Scopus scribentis Evangelistæ est narrare, quid factum sit; scopus vero dicentis vel loquentis JESU, consolari peccatorem: Atque hinc, pro diverso hoc scopo, modo ad *Didascalicum*, modo ad *Paraceticum* Genus erunt referenda.  
 (3.) Textus totaliter spectatus secundum diversa etiam objecta considerari potest, ad quæ sermo in textu dirigitur. Sic Prot-Evangelium, *Gen. III, 15.* absolute spectatum *Didascaliam de futuro Messia* continet; Pro diverso tamen, ad quod dirigitur, objecto, ad aliud aliudque Genus referri potest. E. g. ad *Epanorthoticon*, si ad Serpentem seductorem; ad *Paraceticum* vero, si ad afflictos Protoplastos refertur.

§. II. II. Partialiter autem spectatus textus, secundum singulas nimirum propositiones, quas continet, sigillatim spectatus, dupli iterum modo variis inesse generibus potest. Nempe vel *ex intentione Spiritus Sancti primaria*, vel *citra eandem*. (1.) *Ex intentione Spiritus Sancti prima-*

*primaria*, cum id ratio scopi primaria re-  
quisivit, ut propositiones varii generis  
invicem misceantur. Sic cum in Evan-  
gelio II. Adv., Salvatoris nostri intentio  
esset, monstrare, quid unusquisque ho-  
minum observare debeat circa diem ex-  
tremum, non poterat id uno dicendi ge-  
nere commode absolvī, quapropter et  
varii generis propositiones permiscen-  
tur. Nam v. 25. 26. 27. prædicuntur  
partim signa, diem extremum immedia-  
te præcessura, partim afferit & descri-  
bitur ipse Adventus CHRISTI ad Judi-  
cium extremum gloriosus; Adeoque hi  
versus ad Genus *Didascalicum* pertinent.  
vers. 28. continetur adhortatio ad gau-  
dium, de appropinquante redemptione  
habendum, hinc pertinet ad genus *Pæ-*  
*deticum*; nisi forte illum ut promissio-  
nem quandam auxilii considerare, atque  
sic ad Genus Paracleticum referre velis.  
Versiculi sequentes a 29. ad 33. omnes  
ad *Didascalicum* genus referri possunt,  
quia continent assertiones, certitudi-

zæm diei extremi stabilitentes; utut versi-  
culi 33. alterum hemistichium, atque et-  
iam prius in respectu ad posterius sum-  
tum, referri valeat ad Genus *Elencticum*,  
cum negetur in eo, et refutetur Verbi  
Divini *παρέλευσις*. Versiculi 34. & 35.  
sunt Generis *Epanorthotici*, quia dehor-  
tantur a vitiis; et si v. 35. absolute & citra  
respectum ad superiora sumptus, itidem  
*assertivus*, adeoque *Didascalicus* sit. Ver-  
sus denique 36. est rursus in Genere *Pæ-  
devtico*, continet enim adhortationem  
ad Christianam vigilantium, inspectis  
subinde argumentis cum explicantibus,  
tum probantibus. (2.) *Cura intentio-*  
*nem Spiritus Sancti primariam* (*primari-*  
*am*, inquam; cum affirmare nolim, ali-  
quid in Scra S. occurrere etiam citra in-  
tentio nem Spiritus Sancti secundariam)  
unus aliquis textus, ratione diversarum  
partium, vel propositionum suarum, in  
pluribus Generibus esse potest, cum re-  
periantur in eo dicta, quæ salvo Spiritus  
Sancti scope primario abesse poterant. In  
deter-

determinandis hujuscemodi Textibus  
 caute procedendum est; Neque enim,  
 nostro quidem judicio, huc referendi  
 sunt, in quibus res ipsa non aliter postu-  
 lavit, quam ut diversa permiscerentur  
 genera, quippe quos ad prioris generis  
 textus referri debere censemus. Cæte-  
 rum ad horum textuum indolem rectius  
 intelligendam faciunt v. g. *Job. IV, 2. XI,*  
*51. 52. I. Tim. I, 15.* in quo verba ultima  
 ostendunt, quid sit, citra intentionem  
 Spiritus Sancti primariam, adeoque se-  
 cundum intentionem secundariam tan-  
 tum addi; Poterant enim illa omnia salva  
 intentione primaria omitti. Dilucidum  
 etiam textus ejusmodi exemplum vide-  
 tur suppeditare *Phil. II, 12.* in quo Apo-  
 stolus primario intendit *abhortari* Philip-  
 penses, ut cum timore ac tremore salu-  
 tem suam operentur; Immiscet vero ad  
 felicius permovendos animos, quod ali-  
 as omittere poterat, laudes tempe ipso-  
 rum, per obedientiam ante hac Aposto-

( 108 )

Io exhibitam promeritas, ex Genere Di-  
dascalico.

Aph. IX.

*Hac textuum ad unum, vel  
plura genera, relatio in In-  
ventione, Dispositione, Va-  
riatione & Applicatione  
suum usum exerit.*

Εὐθεσία.

§. I.

**Q**uemadmodum maximus doctrinæ de Generibus textuum usus in *in-  
ventione* cum primis conspicitur, quoni-  
am eo ipso, dum summa textus hac ra-  
tione cognoscitur, etiam id cognoscitur,  
quid materialiter & ordinarie seu *analyti-  
ca* methodo proponendum tractandum  
que veniat; Ita speciatim doctrina de re-  
latione unius ejusdemque textus ad va-

ria

ria genera, inventioni non minus, quam dispositioni, variationi etiam atque applicacioni, suam utilitatem affert. Hoc ut monstremus, commendamus regulas sequentes:

- I. In textibus *totaliter & absolute* spectatis Genus dicendi in methodo *analytica* semper idem manet.
- II. In textibus *totaliter & relate* spectatis etiam *analytica* methodus varia admittit genera.
- III. In textibus, qui ex intentione scribentis & loquentis diversa, item pro diversis objectis diversimode considerari possunt, *variatio dispositio & applicatio* facilis est.
- IV. In textibus, qui ex intentione Spiritus Sancti primaria ad varia referendi sunt genera, *dispositio* facilis est, cum omnium generum talis rectissime habeatur ratio, ut homogenea conjungantur, heterogenea segregentur.
- V. In textibus iisdem prægnantissimi

(110)

tantum vel dominantis in textu generis nonnunquam haberi ratio potest.

VI. In textibus *partialiter* spectatis Genus dicendi ex intentione *secundaria* tantum admistum, non tantum non facile *prehabetur* alteri, quod ex intentione primaria adhibitum est, verum & plane *posthaberi* potest.

§. II. Illustranda hæc sunt brevissimis exemplis.

Sic secundum regulam I. ex Col. I, 14. proponere possum: Iesus den Erlöser; Die Lehre von der Erlösung Menschlichen Geschlechtes; Die Erlöseten des Herrn &c. ex Eph. IV, 5. 6. Das vielfache Eins. Unterschiedener Glaubens-Sachen bestätigte Einigkeit &c.

Ad Reg. II. ex Col. I, 14. non tantum aliqua ex modo allatis propositionibus didascalicis assumi potest, sed & excogitari quædam Pædagogica:

Pauli

¶ ( 111 ) ¶

Pauli sonderbare Ursache zur Auffmunterung der Dankbarkeit gegen Gott. Ex Eph. IV, 5. 6. Pauli wichtige Gründe die Brüderliche Einigkeit zu pflegen.

Ad Reg. III. ex Matth. IX, 2. pro intentione scribentis Evangelistæ preponi poterat: Matthæi kurze Beschreibung der Holdseligkeit Jesu gegen arme Sünder. Pro intentione loquentis: Den trostenden Jesum. Der auffgerichtete Sünder. Ex Gen. III, 15. Das erste Evangelium. Die erste Lehre von Gottes Gnade; Oder die erste Predigt / von Menschl. Erlösung. Nobis aliquando in Vigiliis Anniversarii Annunciat. Mar. sacrificavit hæc propositio: Die erste Verkündigungs-Predigt. His sub-junctis partibus: Die der erste Verkündigungs-Prediger also eintheile/ daß er darinnen I. Dem leidigen Versührer Menschlichen Geschlechts

schlechts lauter Vôses; II. Dem armen verführten Menschlichen Geschlechte lauter Gutes verkündige: Quæ partitio vel dispositio ex diversitate objectorum pendet. Poterat etiam proponi: Der erschreckte/ bestrafte/betrohete Menschen-Verführer. Item das getrostete Menschliche Geschlechte. Der nach seinem Fall wieder auffgerichtete Adam &c. &c. Ita facilitas variationis & dispositionis patet. Quod ad applicationem, quilibet videt quam facile sit, cuiusvis generis usum ex illiusmodi textibus eruire, cum prona sic ad didascaliam pariter atque elenchum, ad paedian etiam & epanorthosin, itemque ad paraclesin via pateat.

§. II. Notemus h. l. pauca de his *Annuis*, vel earundem similibus, *Methodis*.  
(1) Vocantur *Non-arbitrariae* sive *Necessariae*, vel ex *Toto*, vel ex *parte*. *Ex toto*, cum concionator se se non solum in *Propositione & Partitione*, sed in *utroque* etiam *Exordio*, itemque in *Applicatione* vel *Usibus* ad certum quid alligavit. Cujus exemplum ferme præbet *B. Strauchius* in seiner *Starcken und Milch-Speise*. *Ex parte*, cum v. g. (α) vel *proæmia* tantum libera manent; atque hujus generis sunt pleræque methodi annuæ. (β) Vel *proæmia* quidem ex certo fonte, *exordia* vero pro lubitu assumuntur. (γ) Vel *Tractatio* etiam est *arbitraria*, *applicatio* vero ratione *methodi & dispositionis* semper eadem, ut sit cum primis in *Methodis annuis*, ad *Analysin spectantibus*. (δ) Vel, cæteris quidem aut singulis, aut aliquibus, ad certam rationem adstrictis, *applicatio* diversa est, & pro lubitu ac pro

H 3

ratio-

(174)

ratione extracti thematis instituitur. Porro & ( $\varepsilon$ ) persæpe fit, ut tota ratio methodi annuæ vel ligatae consistat v. g. in solo *Exordio* ligato, ut cum quis *Exordia* ex uno semper *libro Scripturæ S.*, vel secundum ordinem, vel præter eundem explicato, desumit, vel *ex libro Symbolico*, aut alio quopiam fonte, sibi semper conformi, deducit, & textus, quam fieri potest, optime accommodat.] Nonnunquam ( $\zeta$ ) sola Tractatio est ligata, Exordiis & Applicatione liberis manentibus, ut ex intuitu exemplorum, a CL. *Prætorio* congestorum, in der andern Zugabe des Homiletischen Bücher-Borrathsi p. 316., patet.

§. III. Notamus (2) de hisce Methodis, eas, nisi artis regulis prorsus controvire debeant, vel ad *analysis*, vel ad *Synthesin*, spectare debere. Hinc in illis, quæ ad *analysis* spectant, omnium optime *Tractationem* & *Partitionem* retineri liberam. Quod enim nonnunquam fieri perceperimus, ut *Applicatio Partitionem*

nem ingrediatur, id in autoritate constitutis condonandum; aliis vero minime sequendum putamus. Potest tamen etiam *analysis* textus loco *Exordii* institui, & *Synthesis* deinde in *tractatione* deduci. Illæ vero, quæ ad *Synthesin* spectant, omnium facillimæ sunt & elegantissimæ, modo curetur, ne usus, vel *applicatio* ad auditorium pro parte constituantur.

§. IV. Notamus (3) Viam ad inveniendum ejusmodi methodos facillimam & optimam esse, si oculos animumque ad duplex illud momentum, in quo omnis Christianissimus vertitur, Fidem nempe rectam & piam *Vitam*, attendas. Cum enim vix quisquam inter Textus Biblios, *Evangelia* præcipue & *Epistolas*, occurrat, qui utrique huic momento materiam, certe occasionem, non præbeat; nec etiam in illis facile reperiatur, quod non ad alterutrum horum momentorum reduci valeat, hinc & commodam satis, & adæquatam esse istius generis methodum, quilibet perspicit. Addunt aliqui

176

Inobus his membris *tertium*: Nempe  
Dem Glauben / und Gottseeligen Leben/  
Das gedultige Leiden; Imo & *quartum*,  
Das selige Sterben.

§. IV. Notandum (4) dari & alias in-  
veniendi rationes, qvarum vero plerar-  
que a textibns sacris, eorundemqve sen-  
tu ae scopo sunt remotiores, nec non  
concionatoribus tractatu, auditoribus  
vero intellectu difficiliores, utut non-  
nunquam auditu acceptiores.

§. V. Ad ultimum observetur, qvod  
in Exordiis & Procemiis conqvirendis,  
nisi certum jam fontem habeant, in hisce  
methodis nemo vel curiosus nimis, vel  
rigorosus esse debeat; sed sufficiat, si ali-  
quali saltem modo ad textum & metho-  
dum quadrent.

### Aphor. III.

*Dispositio est considerata par-*  
*tium Concionis colloca-*  
*tionis ordinatio.*

Ende

177

Εὐθεσις.

§. I.

**C**oncionaturus electa methodo, opus  
habet, generalem quandam univer-  
sæ concionis ideam aut sciagraphiam  
formare, sive id in mente fiat, sive in  
charta. Fit hoc in *Dispositione*, cuius nego-  
tium etsi haud parum commendandum  
censemus, nemini tamen autores suas o-  
rations sumus, ut nimirū in eo artificii quæ-  
rat, vel putet, omnem ex ea concionato-  
ris laudem dependere. Sufficerit enim,  
si constitutus ordo concionis ad suble-  
vandam dicentis audientisque memori-  
am, adeoque ad ipsam etiam Ecclesiæ æ-  
dificationem, & quod consequitur, ad  
Nominis Divini gloriam faciat. Vid.  
*Keslerus in Casib. Consc. c. 25. p. 203. sqq.*

§. II. In enucleanda *dispositionis* de-  
scriptione notanda cum primis vox:  
*Considerata collocatio*, quippe qua innui-  
tur, non quamvis, sed idoneam, partium  
collocationem efficere dispositionem.  
Notetur etiam *Objectum dispositionis*,

H 5                    quod

(178)

quod vel totale & adequatum, tota nempe concio; vel partiale & inadæquatum, quævis scilicet pars concionis, sive principalis, sive minus principalis, h. e. quodvis extantius reale vel momentum descendit.

#### Aphor. IV.

*Dispositio variat pro varia methodo, & varia propositione partiumque colloca-*  
*tione.*

*Ex Dēcīs.*

**V**ariat (1) dispositio pro varia methodo, sic ut alia dicatur *Analytica*, in qua *Analytica* methodus; alia *Synthetica*, in qua *Synthetica* methodus obtinet. Variat (2) pro varia propositione & varia partium collocazione. Sic enim vel *Naturalis* est, vel *Artificialis*, quarum discri-  
men ex inventione propositionis quidem aliquantis per cognoscitur, maxime ta-  
men

men ex diversa argumentorum, partium-  
ve textualium, ordinatione pendet. In *naturali* enim dispositione propositio abs-  
que omni involucro sit, & argumenta eo  
prorsus ordine ordinantur, quo in textu  
reperiuntur. Utrumque secus sit in dispo-  
sitione *Artificiali*. Atque haec rursus tri-  
plex est: Vel *Schematicā*, cum thema sub  
*Schemate*; vel *Arbitraria* cum immutato  
saltini pro arbitrio textus ordine; vel  
*Mixta*, cum & sub *Schemate*, & immuta-  
to textus ordine, proponitur.

## Aphor. V.

*Partes concionis principales*  
sunt: *Introitus, Exordi-  
um, Propositio, Partitio,*  
*Tractatio, Applicatio* &  
*Epilogus.*

¶ (180) ¶

Εὐθεσις.

§. I

Cum nimium sapiat profanam Rhetoricam, nec sine ingenti ακυρολογίᾳ fiat, concionibus easdem cum alia quapiam civili oratione partes tribuere; merito placuit hæc partium enumeratio, quæ diuturna consuetudine, ceu lege quadam introducta, & quotidiano hastenus usu comprobata est.

§. II. Loquimur autem de partibus Concionis perfectæ & completae: Imperfam enim & incompletam, vel eam, quæ in complementum præcedentis concionis habetur, vel pro temporis & consuetudinis ratione, quam fieri potest, brevissime instituitur, una alterave parte carere posse, nullus nego.

§. III. Jam quoniam integra totius concionis dispositio ex integra omnium harum partium, omniumque in iisdem contentorum specialiorum dicendi momentorum, ordinatione & collocazione, proveniat; proinde universum dispo-

181

ponendi negotium, per conjunctam singularum partium elaborationem debitam, debito modo conficietur: Hinc in sequentibus erunt observanda, quæ signatim de una qualibet parte observabuntur.

## CAP. IX.

DE

### PROPOSITIONE ET PARTITIONE.

Aph. I.

*Propositionis notanda, (1.) Inventio, (2.) Variatio, (3.) Virtutes.*

Ἐνθεοτις.

§. I.

**N**on fert ratio receptæ hactenus, & fere in legem deflexæ consuetudinis, ut textus quovis modo enucleatur, ex

H 6

codem.

eodemque porismata quælibet, pro cuiusq; lubitu, eruantur, & ad auditorium applicentur; sed requiritur, ut certum quoddam thema, sive *simplex* sit, sive *compositum*, sive *uno*, sive *pluribus membris* constet, e textu proponendum sumatur, nec, nisi congruentibus porismatibus, vel locis communibus, vestiatur, & in usibus, themati, auditorio temporique congruis, tandem applicetur. Necessum proinde est, ut concionaturus certum sibi principio omnium figat punctum, & quasi centrum, ex quo omnia, in concione de textu dicenda, derivare, & ad quod omnia, ceu ad primam suam quasi originem vel scaturiginem, reducere valeat.

§. II. Ad id operis feliciter exequendum, commendamus *primum*, ut tentet concionaturus, nuni omnia, quæ in textu reperiuntur, sub unum quendam generalem reducere valeat conceptum, qui propositionis formam induere aliquo modo aptus sit. Priusquam hic ulterius

us progrediatur, respiciat concionatus ad conceptus specialiores in textu deprehendendos, videatque, num isti respectu illius, quem adinvenit, conceptus generalis, partium loco adhiberi comode possint. Nisi enim hoc fieri posset, frustaneus esset labor, quem ulterius in elaborando vel exasciando illo conceptu generali poneret. Quod si vero utriusque generis conceptus sibi invicem accommodari posse videantur, nunc porro de formulis enunciandi conceptus illos cogitet, quas, si fieri potest, ex ipsis *Biblia* desumat: quenam in finem S. Sacra nunquam non legenda, ut dicta & verba ejus reddantur familiaria, & sponte sua in hunc usum se offerant. Consulenda quoque hanc in rem, præsertim ubi longiores textus proponendi sunt, *summaria*, ut vocantur, *Biblica*, in quibus eruendis tot summi desudarunt viri, *Vitus Dietericus*, *Cramerus*, *Vinarienses*, *Calovius* in *Bibl. German.* (nam *Germanica* cum primis *Summaria* in præsens respiciimus)

cimus) Itemque Magnif. noster Dn D.  
*Deutschmannus*, (cujus Summaria se mi-  
ra quadam, & perspicua tamen brevitate  
euique commendant) in Bibliis h. l. in  
minori forma novissime expressis.

§. III. Porro, si verbis Biblicis propo-  
sitionem efferre volupe sit, & sua sponte  
commoda fese non offerant verba, con-  
sulenda sunt *Biblia Concordantia* Ger-  
manica, inqve iis evolvenda vox illa, quæ  
videtur conceptui generali efferendo  
aptissima; Unumque post alterum di-  
ctum pensitandum, & cum textu confe-  
rendum, videndumque, an ita cum isto  
comparatum sit, ut designando conce-  
ptui generaliori (an determinandis eti-  
am conceptibus specialioribus, vel utris-  
que simul) inserviat. Si neutrum ho-  
rum contingat, ad voces Synonymas &  
parallelas, sive quoad *nomen* tantum, sive  
quoad *rem* tantum, sive quoad *nomen* &  
*rem* simul tales sint; ad voces porro  
conjugatas, itemque ad oppositas, ad  
abstracta, vel concreta, ad *Synonyma*  
pro-

propria, vel metaphorica, confugendum, eademque consideratio & pensatio dictorum instituenda est. Quam operam facillime expediet, qui, saepius repetita Lectione cursoria, Sancta Biblia sibi reddidit familiaria.

§. IV. Si nec sic invenias, quod ad palatum sit (id quod tamen vix eveniet) videndum, num quis *alius* se offerat conceptus generalis (*aliique conceptus specialiores*) eodemque, quem hactenus diximus, modo procedendum.

§. V. Ulterius, ubi & haec ratio inveniendi opem haud affert, *circumstantiae loci, temporis, personae dicentis, occasio-*nis &c. pensandæ, tentandumque, num viam illæ ad commodam inventionem pandant.

§. VI. Laudant insuper nonnulli hunc modum inveniendæ propositionis, qui ex præstantioribus *textus Vocibus*, vel *pbrasibus*, aut etiam ex *textus variis consequentibus*, instituitur.

§. VII. Suadent etiam aliqui inquirendum

dum esse aliquod Subiectum, de quo certa quædam *predicata*, partium loco adhibenda, in textu contineantur.

§. VIII. Notandum & hoc est de Interventione Propositionis: Formari eam posse, in utraque, cum *Analyt.*, tum *Synthes.* methodo:

(1.) ex *Specie & Obiecto*.

(2.) ex *sola specie*.

(3.) ex *solo Obiecto*.

(4.) ex *solo Genere*.

(5.) ita, ut propositio in partitione celetur.

(6.) Ut propositio partes formaliter contineat.

*Observ.* (1) Quod, cum ex *specie & obiecto* simul formari debet propositio, tunc ( $\alpha$ ) vel utrumque *substantive*, & *species* quidem in casu *nominandi*, *obiectum* vero in casu *gignendi*, vel alio quopiam obliquo, effterri possit. V. g. Job. III, 16. Der Preis der Liebe Gottes gegen die Menschen. Oder die Lobrede Jesu von der Liebe Gottes gegen

gegen die Menschen. (β) *Vel Species*  
 effertur *adiective* seu *participialiter*, ut:  
 Die geprisesene Liebe Gottes gegen die  
 Menschen. Die hochpreissliche Liebe  
 Gottes &c. (γ) *Fieri nonnunquam*,  
 ut *objecum* *Textus integra quædam* sit  
*propositio*. V. g. *Psalm. CIII, v. 8.* *Der*  
*Herr ist barmherzig* &c. *Hic placet B.*  
*Rivini consilium qui monet, ut propositio*  
*textus redigatur in terminum comple-*  
*xum, ponendo prædicarum in abstracto,*  
*& subiectum in Genitivo casu.* V. g. *Die*  
*Barmherzigkeit Gottes.* *Species in*  
*textu contenta, quæ est doxologica*  
*assertio, addi potest pro lubitu vel sub-*  
*stantive: Der Preis Götlicher Barm-*  
*herzigkeit/ (ubi insimul perspicimus,*  
*quod subiectum etiam propositionis*  
*vel substantive, ut ante; vel adiective,*  
*ut jamjam factum, esseri valeat) vel*  
*adiective: Die gerühmte Barmherzig-*  
*keit Gottes.* *Quanquam nec hoc*  
*vitio vertendum foret, si retineretur*  
*integra propositio, & præmitteretur*  
     *spe-*

••• ( 188 ) •••

species: Die Davidische Lobrede/ daß  
Gott harmherzig sey.

Observ. (2) Cum ex sola specie formatur  
propositio, (quod commodissime fit  
quando obiectum difficeret sub unum  
conceptum generalem redigi pos-  
sunt) tunc *autoris*, vel scribentis, vel  
dicentis, nomen haud ineleganter ad-  
di solere. V. g. *Luc. XXIV. 26.* Christi  
Lehre/ 1. Von seinen unumganglichen  
Leiden/ 2. Von seinen unausbleibli-  
chen Freuden. NB. Non plane ne-  
cessarium, ut *Species* semper *abstractive*  
*efferatur*; Potest etiam in *Concreto*, vel  
*adjective* vel *participialiter* fieri, V. g.  
Der lehrende *Iesus*/ der lehrreiche  
*Heyland*/ wie er lehret &c. Item: *II.*  
*Tim. II.*, 11. & 12. Der tröstende *Pau-*  
*lus*/ wie er tröstet 1. Insonderheit im  
Tode 2. Insgemelin in allerley Leid-  
den.

Observ. (3) Ex solo *Objecto* fieri proposi-  
tionem tum cum primis, quando circa  
unum idemque *objectum* diversa genera  
vel

vel species occurrunt. Cujus clarissimum Exemplum suppeditat Evangelium Domin. II. Advent. *Luc. XXI.*  
*av. 25. sqq.* Hujus objectum principale & generale, ad quod omnia, in Evangelio contenta, referri possunt, est articulus de *exiremo die*. De hoc enim agitur ibi, ( $\alpha$ ) *Didascalice* v. 25. 26. 27. it. a. 29. ad 33. ( $\beta$ ) *paracletice* v. 28. ( $\gamma$ ) *Epanorthotrice* v. 34. & 35. ( $\delta$ ) *pædevtice* v. 36. Hic ergo ex solo objecto fieri potest Propositio, diversis illis generibus partium loco assumtis, quarum numerus ne præter necessitatem ultra binarium augeatur, *Didascalie* ad unam; *reliqua* momenta ad alteram partem referri possunt. Sit E. Propositio: *Der Jüngste Tag des Herrn.* Dabey 1. Seine eigentliche Beschreibung 2. Seine vorgeschriebene Erwartung.

Observ. (4) Ex solo genere formari propositionem posse, cum diversæ unius generis species in textu reperiuntur. V.g.

-  
Jes.

*Jer. XVII, 1-4. incl. textus est in gene-*  
*re Epanorthotico, & duo priores ver-*  
*culti pertinent ad vitiorum Exprobra-*  
*tionem; posteriores duo ad Commi-*  
*nationem. Hinc facile fit Propositio*  
*& Partitio. Propositio enim hæc esse*  
*poteat: Concio Jeremiæ Epanorthotica,*  
*oder / die Straß-Predigt Jeremiæ.*  
*Wie sie in sich enthält (α) Mali culpa*  
*exprobationem, eine bewegliche Vor-*  
*haltung der Sünde; (β) Mali poena*  
*comminationem, eine erschreckliche*  
*Drohung der Strafse.*

*Observ. (5) Propositionem in partitione ali-*  
*quantis per celari solere, itidem, cum*  
*diversa genera, species vel objecta in*  
*textu occurruunt. Ut si quis ex Evan-*  
*gelio Adv. II. proponeret ita: Wir*  
*wollen beherzigen sowohl die eigentli-*  
*che Beschreibung als vorgeschriebene*  
*Erwartung des lieben Jüngsten Ta-*  
*ges: Vel: ex Jer. XVII, 1-4. Jeremiæ*  
*bewegliche Vorhaltung und gedrohte*  
*Bestrafung der Sünde Iuda.*

Ob-

Observ. (6.) Tunc dici nobis propositionem partes formaliter continere, cum potiora propositionis verba in partium enarratione & constitutione retinentur. V. g. Haud ita pridem ex Evang. Dom. XVI. p. *Trin.* *Luc. VII.* u. 17. proposuimus: Das in Freude verkehrte Trauren der Witwe zu Mainz: his subjunctis partibus: 1. Das Trauren der Witwe sc. so in Freude verkehret worden. 2. Die Freude darein solch Trauren verkehret worden. Item ex *Jer. XX*, v. 7-13. incl. propositus est nobis: Der in seinen Herzens-Angsten redende Jeremias. Dabey 1. Seine Herzens-Angste/darinnen er redet. 2. Die Reden/so er in derselben redet.

§. IX. Sciendum denique, formatio-  
nem propositionis, hactenus paulisper  
delineatam, non tantum in methodo  
*analytica*, sed etiam *Synthetica* locum re-  
perire, hoc saltem cum discrimine, ut in  
*analytica* proponatur id, quod *formaliter*;  
in

( 192 )

in *Synthetica* vero, quod per consequentiam demum in textu continetur. Sic v. g. ex Evang. Domin. Reminisc. Matth. XV, 21-28. incl. proponi potest *Synthetica*

a) ex specie & Objecto simul. Die Lehre vom Creuz. Dasselbe 1. was schweres 2. Doch was endliches sey.

b) ex sola specie: Schriftmäßiger Unterricht 1. Von der Christen Creuz und Leiden 2. Von der Christen Trost und Freuden. Melioris evidentiæ causa addi poterat in Propositione: Schriftmäßiger Unterricht für fromme Creutzträger. 1. Von ihren Creuze. 2. Von ihren Troste.

γ) Vel ex solo obiecto. Der Christen Creuz / als eine leichte Last. 1. Wie fern es eine Last 2. wie fern es leicht sey.

δ) Vel ex solo genere: Frommer Christen

❀ (193) ❀

sten Creuz-Schule / darinnen sie  
hören / 1. Was sie von ihren Creuz  
halten / 2. Wie sie sich darinnen ver-  
halten / 3. Was sie darauff erhalten  
sollen.

2) Vel propositionem in partitione celan-  
do. Ut si dicatur: Laßt uns betrach-  
ten 1. Der Christen Leiden. 2. Der  
Christen Freuden.

3) Vel partes in propositione formaliter indicando v. g.

Der betrübte und getrostete Creuz-  
Träger. Wie er α) betrübt sey / β) ge-  
trostet werde.

S. X. Hactenus de Inventione Propo-  
sitionis. Qvod ad ejus Variationem at-  
tinget, notandum, variandis propositio-  
nibus seqventia cumprimis inservire  
posse, si observes

1) Varios illos modos inveniendi pro-  
positionem *Analyticam*.

2) Totidem rationes inveniendæ pro-  
positionis *Syntheticæ*.

3) Toties porro propositionem *analy-  
ticam*

I

ticam

ticam variari posse, qvoties vel *species*,  
vel *objectum*, vel *genus*, ratione *deno-*  
*minationis* seu *descriptiovis*, seu etiam  
*respectus*, variari potest. Unde qvot  
habes harum rerum *Synonyma*, seu  
*propria*, seu *figurata*, *typos* item vel  
*emblemata*, aut etiam *respectus* ejus-  
dem textus, tot habes propositiones.

- 4) Qvot *Species* e textu per *Synthesin*  
extrahi possunt, tot etiam propositiones  
formari posse.
- 5) Qvot *objecta* ex eo per *Synthesin*  
erui possunt, tot qvoqve propositiones  
constitui posse.
- 6) Qvoties *Genus* variari potest, toties  
etiam propositionem.
- 7) Qvot dantur extractæ *speciei*, *objecti*,  
vel *generis* *Synonyma*, sive *propria*, sive  
*figurata*, *typi* vel *emblemata*, tot fieri  
posse propositiones.

Hæc singula justis comprobare & dilu-  
cidare exemplis ratio instituti non pati-  
tur, peculiari qvippe labore potius,  
qvam h. l. isthæc tradenda sunt.

§. II. Virtutum tandem Propositionis  
 Ima est Perspicuitas, ne occultetur ma-  
 gis, qvam proponatur thema, vel mate-  
 ria tractandi. Quæritur hic, quid sen-  
 tiendum sit de Propositionibns parado-  
 xis, aliisque similibus. V.g. Si qvis ex  
*Matth. V, 4.* occasione *II. Cor. VI, 10.*  
 Die Fröhlichen Traurigen/it.ex *Act. XIV,*  
 22. occasione *Matth. XI, 30.* Die leichte  
 Ereuzes=Last proponeret? Resp. Cum  
 propositiones illæ fundamentum in ipsa  
 Scriptura S. habeant, proinde pro pro-  
 fanis habendæ non sunt; Cavendum ta-  
 men, ne nimio usu vilescant, aut a Scri-  
 pturæ S. genio nimium alienæ sint. Præ-  
 parandus etiam est animus auditoris ad  
 percipiendam talem propositionem in  
 Exordiis. Hda est *Brevitas*, ut qvan-  
 tum fieri potest, propositio succincta sit.  
 Resecandum ergo a formula proponen-  
 di, qvicqvad salvo ejus sensu abesse pot-  
 est. Hinc peccaret, qvi ex *Job. III, 16.*  
 proponeret: Des HErrn JEsu Chri-  
 sti/ unsers allerliebsten Heylandes und

hochverdienten Erlösers und Seeligmachers / wundersüsse / hochtröstliche und  
 herzerwäckliche Lobrede / von der unaus-  
 sprechlichen und überschwenglichen Lie-  
 be des grossen Gottes gegen die armen  
 gefallenen Menschen : Omnia enim hac  
 comprehendendi possunt formula : Des  
 Herrn Jesu Lobrede von der über-  
 schwenglichen Liebe Gottes gegen die  
 Menschen. Vel si malis adhuc succin-  
 tius loqui : Die Lobrede Jesu von der  
 göttlichen Menschen-Liebe. Itia est  
*Adequatio*, non quidem talis, qva pro-  
 positio ne latior quidem, vel *augustior*  
 sit textu, ut non, nisi ex eo, proponi va-  
 leat; sed talis, qva propositio saltim non  
*angustior* sit textu, & momentis, in eo,  
 vel in partitione ex eo instituta, conter-  
 tis. Hinc peccaret, qui ex Matth. V, 4  
 proponeret : Die Kreuzes-Last ; & par-  
 tiretur : Wie sie theils 1. schwer 2. theils  
 leichte sey ; Nam propositio est angusti-  
 or partibus. Proponendum igitur:  
**Die leichte Kreuzes-Last ; his additis**  
 par-

partibus, wie sie zwar 1. Eine Last 2. dennoch auch Leicht wäre. Addunt plerique IV. Convenientiam (ut ante hac cum propositione Exordii specialis, sic hodie præcipue) cum propositione Exordii Generalis, sive proœmii, sic ut propositione proœmii fiat propositione totius textus ac concionis, vel hæc certe ex illa fluat, atque iisdem verbis efferri posse. Qvod qvidem elegans satis & jucundum, utile quoque nonnunquam & fructuosum, non tamen absolute necessarium: Hinc cavendum, ne coacti quid afferatur, sensusve dictorum exordialium ad textum, vel hic viceversa ad illum invitum trahatur aut torqueatur. Satis quippe erit, nullam plane convenientiam Propositionis cum Exordiis attendere, quam inconvenientibus hisce distinctionibus textibus vel dictis faeris vim inferre.

198

Aphor. II.

*Partitionis itidem obser-  
tur (1) Inventio. (2) Va-  
riatio. (3) Virtutes.*

*Endeosis.*

§. I.

**P**ropositionis Inventionem sequitur *inventio Partitionis*. Est vero parti-  
zio duplex: *Prima*, qvæ *principales* pro-  
positionis vel tractationis partes conti-  
net; Et *Secunda*, qvæ partem principa-  
lem, si fieri potest & opus videtur, in mi-  
nores partes dividit. *Illa* vocatur *nat  
̄οχὴν Partitio*, & utiliter post factam  
propositionem statim enarratur. *Hac*  
*Subdivisio* audit, atqve, si adest, sub initio  
num suæ *principalis* partis, memoriæ &  
auditorum & concionatoris sublevan-  
dæ causa, proponi potest. Ad utrius-  
que feliciorem *inventionem* nota uni-  
cam hanc regniam:

*Qvot*

( 199 )

Quot Genera, Species, objecta, vel  
argumenta diversa in textu oc-  
currunt, tot partes quoque sive  
primariae, sive secundariae constitui  
possunt.

Non autem necessarium semper est, ex  
quovis vel Genere, vel specie, vel objecto,  
vel argumento diverso, certam ac pecu-  
liarem partem constituere; sed possunt  
aliqvando diversa sub unam partem co-  
gi, si modo aliquod detur tertium, in  
quo invicem convenient. Sic *Didascalicum* & *Elencticum* genus, qvia circa  
*Credenda*; *Pædenticum* & *Epanorthoticum*,  
qvia circa *agibilia* versantur; *Di-  
dascalicum* & *Pædeticum* gen⁹, qvia cir-  
ca *bonum*; *Elencticum* & *Epanorthoticum*,  
qvia circa *malum* versantur; Item di-  
versæ species, quæ unum vel simile genus  
habent; Item credenda qvævis, qvia  
fidem; *agibilia* omnia, qvia vitam con-  
cernunt; Porro & omnia argumenta  
explicantia, omnia probantia &c. imo  
qvævis ac diversi generis argumenta,  
idem saltim objectum spectantia, uni ei-

demque subjici possunt parti, præfer-  
tim, cum alias numerus partium nimi-  
um excreceret. Atque hoc eo commo-  
dius fit, qvando *Genus, Species, Objectum,*  
aut *argumentum* aliquod ex intentione  
saltim *secundaria* textui inest, aut the-  
mati, e textu eruto, directe non in-  
servit.

§. II. *Variationem* partitionis ex va-  
ria propositione desumere poteris. Cir-  
ea eādēm enim propositionem variare  
partitionem, qvid opus? Qvanqvm  
hāud diffitemur, illud ab exercitatis fieri  
perfacile posse. Vid. *Rivinus p. 167.*

§. III. *Virtutum* partitionis *prima* est  
*Perspicuitas*, ut facile percipiat auditor,  
qvid velit concionator hac vel ista parte.  
Obsunt huic virtuti ( $\alpha$ ) Termini *te-  
chnici & exoticī*. Nonnunqvm ( $\beta$ )  
termini *clappantes*, ut vocantur, qvibus  
proinde nemo utatur, nisi qvi felix in  
ejusmodi vocibus inveniendis, qvæ ean-  
dem terminationem habent, & apte ta-  
men satis rem exprimunt. ( $\gamma$ ) Aliqvan-  
do etiam nimium allegorizandi studium  
perspi-

perspicuitati obest. Secunda virtus partitionis est *Brevitas*; Numerum enim quaternarium non facile transiliat. Interim certo numero se adstringere semper nemo debet, cum partes e textu, non vero textus ex partibus deducatur. Tertia est *Adæquatio*, ne plus vel minus sit in textu, quam in partitione, sed ut hæc totum textum exhaustiat, nec unicum facile ponderosum verbum in texture reperiatur, quod non in quadam concionis parte comprehendatur. Eleganter hic *B. Rivinus* monet p. 171. quod si aliqua textus particula supersit, ad nullam partem commode reducibilis, ea in accessu ad tractationem præmitti posse. Addit idem 4) partitionem debere esse accuratam, quæ disjungenda disjungat, conjungenda conjungat, ne materiæ partium confundantur. 5) *Ordinatam*, ut, quæ prius cognoscenda, priori, quæ posterius, posteriori loco ponantur. Addimus nos, ceu virtutem quandam partitionis, 6) *Conformatatem*, vel *Congruentiam*, cum propositione & secum ipsa.

H. e. ut, si propositio sit *propriis verbis* concepta, partitio etiam talis sit; si *figuratis*, & hæc taliter concepta sit. Item: si una pars *propria vel figurata*, & altera talis existat. Qvod 7) ad *Convenientiam partitionis cum dicto Exordiali* (qvam hodie cum primis adamari cernimus) attinet, de illa parile esto judicium, atque de Convenientia Propositonis cum dicto proœmiali fuit. Nempe jucunda est & licita, utilis etiam aliquando, non vero plane necessaria, qvin omittenda potius & negligenda, ubi coacti qvid committendum, qvam cum vi quadam & affectatione molesta observanda. Qvicunque igitur medium hac in re tenere voluerit, ex inventionum fontibus exordialibus, seqventi capite demonstrandis, eos observet, qvi omnium optime hic quadrant. v. g. *Parallelismum*, si non semper *verbalem & realem* simul, aut *verbalem* tam *tantum*, aut *realem* solummodo. Item: Progressum a Genere ad speciem, ab universalis ad particulare, a thesi, ad hypothesis.

thesim, a Vaticinio vel predictioue ad ejus impletionem; aut viceversa. Locus etiam a pari, exemplo, contrario &c. hue multum conferet. Sæpius quoque ad inventionem horum dictorum exordialium sic via panditur, cum ex textu loco propositionis quoddam quasi genus eruitur, & loco partium quædam quasi species constituuntur; aut cum in propositione quædam conclusio formatur, cuius medii termini in partibus continentur. Observandum hic denique, quod, si quis hac partiendi ratione deletatur, eo allaborare debeat, ut, quæ in verbis Biblicis, ad designandas partes primarias assumtis, reperiuntur extantia argumenta specialia, in enucleatione partium secundiarum, vel, ut vocantur subpartium, repetantur, & ex textu deducantur.

( 204 )

CAP. X.

DE

PROOEMIIS ET EXORDIIS.

Aphor. Unicus.

*Proœmia atq[ue] Exordia e  
Scripturis S. desumantur,  
themati convenient, brevi-  
tate accurata, elegantiq[ue]  
ad propositionem transi-  
tione pollicant, nec nisi ad  
præparandum auditoris  
animum, ejusdemq[ue] at-  
tentionem excitandam fa-  
ciant.*

Enseign.

§. I.

*In homiliis S. ut plurimum duplex, non  
nunquam etiam triplex adhibetur*

*Exor-*

¶ (205) ¶

*Exordium*: (1) *Generale*, qvod idem ac  
*Proœmium*, sive *Introitus*. (2) *Speciale*,  
qvod *Exordium κατ' ἔξοχὸν* dicitur. (3)  
*Specialissimum*, qvod sub initium *Tra-*  
*ditionis* nonnunquam adhibetur, vix  
etiam, nisi ea occasione adhibendum,  
cum ad meliorem textus explicationem  
faciens *argumentum* qvoddam, aut *re-*  
*tatio connexionis* præmitti debet.

§. II. Nobis cum maxime sermo est,  
de *Specialibus & Generalibus Exordiis*, in  
qvibus a complurimis multis adhibetur  
abusus, non tantum in concionibus Do-  
minicalibus, ubi crebrior Evangeliorum  
& Epistolarum explicatio qvandam vi-  
detur excusationem afferre, sed in aliis  
etiam, in qvib⁹ alii textus proponuntur.  
Huic abusui, cum adversariis nostris,  
iniqvis oratoriæ sacræ fugillatoribus,  
haud exiguam calumniandi ansam præ-  
beat, imo & auditoribus tedium, mini-  
stris Ecclesiæ ipsis labores non necessa-  
rios, creet, obviam ire voluimus in A-  
phorismo nostro, qvippe qvo observato

nemo justam de iis conqverendi causam  
facile inveniet.

§. III. Notandum autem, 1) qvod *Exordium Generale* vel *Fixum* sit, vel *Non-fixum*. Illud indicat, convenisse nos ad audiendum verbum divinum, & ideo ad preces, pro auxilio divino fundendas, auditores adhortatur. Talem introitum & plures usurpant, & ut usurpetur in concionibus ordinariis monent. At nimia hominum oscitantia, quam in ejusmodi procœmiis ostendunt, vix permittit, ut cum fructu *fixo* semper præfamine utaris. Qapropter *non-fixum* adhibere magis consultum est, cum felicius sic auditorum corda præparentur, torporqe naturalis iisdem executiatur. 2) *Partes Exordii hujus Generalis esse.*

a) *Votum*, qvod ex Veteris quoqve Ecclesiæ consuetudine est translatum, ac in ordinariis concionibus non facile omittendum; imo ne quidem mutandum semper, qvin ex imitatione Apostolorum certum

tum qvoddam eligendum, idqve  
 vel *Apostolicum*, vel *Apostolico con-*  
*forme*, vel aliud *Biblicum*, aut et-  
 iam *Ecclesiasticum*. Nam non si-  
 ne singulari efficacia nonnunquam  
 versus ex cantico Ecclesiastico pro-  
 voto usurpatur, 1) si fiat raro. 2)  
 in concionibus patheticis. 3) si au-  
 xilium Spiritus Sancti in eo im-  
 ploretur. 4) aut si deprehendatur  
 in eo adhortatio ad attentionem.  
 5) Si propositioni conveniat; qvæ  
 convenientia cum propositione,  
 aut certe cum alia qvapiam præ-  
 sentis concionis circumstantia, in  
 omni Voto per est necessaria. Qui-  
 dam in *Voto* summam statim con-  
 cionis futuræ exponunt, de quo  
 Magnif. *Mayerus* qvondam mone-  
 bat, videri id prolixitate sua expe-  
 ctationem auditorum nimis deti-  
 nere, adeoqve consultius esse, vo-  
 tum breve & emphaticum præmit-  
 tere, ut auditorum aviditas eo ci-  
 tius expleatur. Nonnunquam ex

ab-

*abrupto concionem incipere licet,*  
*qvod admittunt Homiletici in-*  
*concionibus summi gaudii, vel*  
*summi moeroris, ubi requiritur*  
*eloctio gravis & argumentorum*  
*selectus, verborumque pondero-*  
*sitas & apta pronunciatio atque*  
*actio.*

*β) Dictum, vel certum qvoddam the-*  
*ma sacrum, non profanum, qvod*  
*improbant cumprimis Hulseman-*  
*nus & Olearius.*

*γ) Brevis ejus explicatio vel deductio.*

*δ) Applicatio vel ad textum, vel ad*  
*auditorium, vel ad materiam sive*  
*thema proponendum, qvod haud*  
*inutiliter, et si non necessario for-*  
*malibus verbis hic determinatur.*  
*Potest etiam applicatio hic fieri ad*  
*personam dicentem, ad locum, tem-*  
*pus, &c.*

*ε) Transitio ad orationem Dominicam,*  
*qvae non semper fieri debet una*  
*eademque formula, ne animus au-*  
*ditoris devotione excidat, qvod*  
*ple-*

plerumque fit, ubi jam audit folen-  
nem illam formulam a concionatore  
inchoari; Videat proinde conciona-  
tor, ut accessum sibi nonnunquam  
paret ad preces, ex ipsa proœmii pro-  
positione, quæ facile aut *tertium*  
quoddam *comparationis*, aut aliam  
*occasione*, suppeditabit huc facien-  
tem. Si tamen res difficultatem ha-  
bere videatur, satius erit, ex rei pro-  
ponendæ *gravitate, utilitate, necessi-*  
*tate*, similibusque aliis, transitionem  
hanc instituere, quam quicquam co-  
acti aut affectati committere.

Cæterum 3) observamus, quod illam  
hujus Exordii generalis egregiam vir-  
tutem ante hac existimaverint, si habe-  
ret aliquam *interrogationem*, ad quam  
deinde dictum Exordii specialis *respon-*  
*sionem* suppeditaret. V. g. Si loco proœ-  
mii assumerentur verba *Matth. XXII, 42.*  
*Wie düncket euch um Christo?* Et loco  
Exordii verba *Rom. IX, 5.* *Christus kommt*  
*her aus den Vätern ic. über alles gelobt*  
*in Ewigkeit.* Vel si loco proœmii tra-  
ctaretur

ctaretur querula illa *quaestio* Judæorum: Wie können wir denn leben? *Ezech.* XXXIII, 10. Loco autem exordii divina illa *responsio*: Befehret euch/ so werdet ihr leben. *Ezech. XVIII.* 32. Hodie in id cumprimis incumbunt concionatores, ut *prooemium* suppeditet *Propositionem*, & *Exordium* speciale *Partitio-*  
*nem.*

§. IV. *Specialis Exordii* (cujus major utplurimum cura habetur) *partes* a variis varie determinantur. Nonnulli quinque ad summum partes Exordio concedunt, ut sunt

(1) *Propositio Exordialis*, qvæ vocatur aliquibus *Protasis*, qva vel dictum aliquod citatur, & ejus *suma* breviter adducitur, vel *thema* illud, de quo in Exordio tractare suscipit concionator, proponitur.

(2) *Expositio* sive *Endeosis*, qva ubrius paulo illa Exordii propositio qvoad sensum deducitur, Ubi observanda utilis *B. Rivini*. admnitio, qvæ ex *MScto Collegio* ita habet:

habet: *Si verba quædam in textu & Exordio simil occurrunt, ea in Exordio non sunt per evolutionem nominis ac definitionis exponenda, sed ipsi tractationi reservanda. Unde quod ad fontem Exordiorum a loco parallelo attinet, nota, si locus parallelus sit quo ad rem & verba simul, brevi paraphrasi dicti præmissa, statim discedendum esse ad aliquod amplificans, ne explicatio verborum, aut deductio rei per argumenta explicantia, textus tractationi præripiantur. Si vero parallelus sit quod rem tantum, omnino phraseologia dicti excutienda est.*

- (3) *Amplificatio per exempla, dicta parallela, similia, &c.*
- (4) *Transitio, quam aliqui & Apodus vocant.*
- (5) *Textus aut thematis tractandi summaria enumeratio.*

Observetur hic:

- a) His partibus ab aliis alias addi. E.g.  
*Aetiologiam, sive rationem Propositionis,*

( 212 )

*sionis*, qvæ post propositionem  
seqvitur, & occasionem perspectivam  
continet. Item

*Antithesis*, sive sententiae contrariae  
rejectionem, Amplificationem  
subiecti solitam. Porro

*Axiom*, sive commendationem tex-  
tus, aut thematis tractandi,  
qvintæ, qvæ supra allata est, parti  
subjiciendam. Tandem

*Votum*, de qvo notandum, qvod  
quantum fieri potest, themati  
conveniens & Biblicum esse de-  
beat; qvale beneficio Con-  
cordantiarum facile nonnun-  
qvam reperiri potest, præser-  
tim, ubi ipsum thema Biblicum  
fuerit. Neqve tamen opus est,  
ut semper formalibus verbis Bi-  
blicis fiat: Licet enim verba Bi-  
blica in formam voti redigere,  
& nonnunqvam etiam solenne  
qvoddam & generale adhibere.

β) Posse aliquas ex his partibus omit-  
ti, & qvidem, præter Propositionem,

*Trans-*

*Transitionem, & Textus vel thematis enarrationem, (qvæ fere solæ necessariæ videntur) omnes.*

γ) Harum partium usum præcipue esse in exordiis, cum *dictum* aliquod *Biblicum* in illis tractatur. Si enim ex alio fonte sumitur Exordium, aliter quoque partes, pro natura nempe rei tractandæ, disponi possunt; qvod suum quemque iudicium docebit.

δ) Posse & totum hoc Exordium speciale omitti, præcipue in *Festis solennibus*, vel quando *textus* sunt longiores; Ubi vero proœmium eo penetrantioribus argumentis ornatum esse debet, ut sic per illud Exordii quoque scopus obtineatur.

§. V. *Fontes Exordiorum* notamus sequentes: Sunt sc.

1) *Commendatio Textus, vel materiæ ex eo proponendæ, qvæ fit a dignitate difficultate, jucunditate, utilitate, a copia latentium in eo doctrinarum &c.*

2) *Vin-*

- 2) *Vindicatio textus a falsis explicacionibus, & perversis hæreticorum de illo sententiis.*
- 3) *Enumeratio variarum ejusdem textus explicationum.*
- 4) *Circumstantia temporis, actionum, casuum, loci, personarum, dicentium vel audientium, eorundemque status &c.*
- 5) *Dictum conveniens vel cognatum, præsertim, qvod argumentum aliquod explicans in textu omissum continet, aut totam summam textus proponit.*
- 6) *Progressus a thesi ad hypothesis, vel contra.*
- 7) *Progressus a genere ad speciem, vel contra.*
- 8) *Impletio predictionis, vel viceversa.*
- 9) *Locus parallelus.*
- 10) *Comparata, speciatim paria, typi, exempla, similia, &c.*
- 11) *Opposita, disparata, contraria, præsertim dictum Scripture textui apparet contrarium.*
- 12) *Cou*

- 12) *Cohærentia textus cū præcedentibus.*
- 13) *Summaria concionis præcedentis repetitio.*
- 14) *Paraphraſtica textus enarratio, Synthetice proponendi.*
- 15) *Dictum minus perspicuum, cuius explicatio in textu deprehenditur.*
- 16) *Speciatim etiam ex canticis, vel pre-cationibus Ecclesiasticis, ( quidni etiam aliquando ex Patrum dictis? ) sumi possunt Exordia.*
- 17) *Solent etiam a nonnullis in exordio adduci vel unum, vel plura exempla eorum, qvi singularem e textu delectionem, vel consolationem, perceperunt, aut aliud quoddam memoratum dignum de eo judicium tulerunt.*

§. VI. Inter *Virtutes Exordii* hujus prima est, quod debeat esse *Sacrum, h. c.* ex Bibliis S. desumptum, quod *κατὰ τὸ πολὺ* est intelligendum. Possunt enim in *allegoricis*, vel *annuis*, vel *aliis etiam concionibus*, exordia desumi ab aliis occasionibus, prout nimirum usus & *judicium* suggerit. Altera virtus & ferme prima-

primaria, est, *Convenientia cum textu, & themate ex eodē proponendo*, ut, si non singulæ partes, ( qvod hodie præcipue fit ) *Propositio tamen ex verbis Exordii formari possit*, aut certe ex alio hactenus allegato, vel simili, fonte deductum sit. *Tertia est succincta brevitas*, qvippe qvam & *Natura & Scopus Exordii* reqvirit. *Natura* quidem, qvia exordium caput est *concionis*, qvæ quasi ejus *corpus* est. Hoc ergo corpus nisi monstruosum esse debet, caput ejus eidem proportionatum sit, necesse est. *Scopus* vero, qvia in exordio hoc solum inten-  
 dimus, ut animum auditoris, ad rectius percipiendam doctrinam securam, præparemus ; non vero, ut plene de ea eundem, multo minus de alio qvopiam themate instruamus, vel dictum exordiale studiosius, qvam ipsummet tex-  
 tum, pertractemus. Ut igitur breve satis evadat exordium, *quintam*, aut ad summum *quartam* concionis partem debet constituere ; qvanqvam illud cer-  
 tis & determinatis circumscribere limi-  
 tibus

229

## CAP. XII.

DE

### STYLO, PRONUNCIATIONE, ACTIONE ET MEMORIAE SUBSIDIIS.

Aph. I.

*Stylus in homiliis sacris sit 1) Biblicus; 2) Perspicuus; 3) Gravis; 4) Humilis magis, quam elatus; 5) Brevis.*

*Endeorsis.*

**B**iblicus esse debet stylus concionatoris, quia toti huic negotio sacro est accommodatissimus, de cætero etiam purus, & maximè penetrans. Fugienda tamen & hic affectatio, & nimia locorum Biblicorum citatio. *Perspicuus*

L

de-

deinde stylus adhibendus in concionibus, qvia nullum facile afferri debet verbum, qvod non simplicissimus qvisque intelligere poscit: Neqve enim eruditis tantum, sed cumprimis etiam plebejis hominibus, concionandum est. Vitandi hinc sunt, qvanta fieri cautione potest, termini technici, exotici & similis. Porro *gravis* esse debet stylus, qvia alias scandal & risui esse potest. Absint ergo Complimenta, ut vocantur, & qvævis loco sacro indigna proverbia vel voeabula, aut certe non nisi cum summa gravitate enuncientur. *Humilis* ulterius magis, qvam *elatus* exigitur stylus, qvia nimia *humilitas* gravitati rerum tractandarum, nimia vero *elatio* aut *sublimitas* perspicuitati obesse videatur. Fugienda ergo partim *rustica*, partim *comica* elocutio. Brevis tandem commendatur dicendi ratio, qvia, si periodi in longum nimis protrahuntur, vel crebrioribus aut longioribus parenthesibus infareiuntur, perspicuitas sermonis non tantum laeditur, sed & memoria

231

moria cum oratoris sacri, tum auditoris, obruitur, & inexplicabilibus saepe labyrinthis irretitur.

Aph. II.

Pronunciationis Virtutes  
comprehenduntur his tribus L. Laut / Langsam /  
Lieblich.

E. u. Q. 15.

Cum pronunciatio præcipuum quodam in Oratore ornamentum sit, in id incumbat futurus concionator, ut illis, quas nunc allegavimus pronunciandi rationibus in tempore assuefiat. Exigit autem *Ima* claritatem vocis, & improbat nimis submissum & obtusum pronunciandi modum, itemque e contrario clamosum nimis sermonem. *Ista* requirit consideratam verborum periodorumque, & articulatam pronunciationem.

L 2

tio-

tionem. Reprehenditur ergo nimis  
 linguae præcipitantia, & tædiosa ejus  
 lentitudo vel somnolentia. IIIia requi-  
 rit vocis pro ratione materiae variatio-  
 nem, removet contra monotoniam, &  
 ex opposito affectatam voce modula-  
 tionem, qva utraqve in oratore nihil  
 molestius. Notant alias nonnulli, quod  
 & pro diversa parte concionis diversi-  
 mode vox varianda sit, & in Proœmio  
 atqve Exordio, moderatior, in Tractatio-  
 ne vehementior, in Usibus denique vehe-  
 mentissima esse debeat. Sed placet  
 magis vocis pro ratione materiae varia-  
 tio, cui accedit ipsa etiam affectuum va-  
 rietas, unumq[ue]vis, exiguo saltim ju-  
 dicio præditum, docens, num ὡρέων  
 oratorium requirat, ut vel leniori vel  
 concitatori voce utatur. Nam cum  
 oratoris sacri sit, non ore tantum & lin-  
 gva, sed corde etiam, & anima quasi ipsa,  
 loqui, proinde diversa animæ cordisq[ue]  
 motio diversam etiam vocis modulatio-  
 nem suppeditabit. De cætero non ne-  
 gamus, in docendo, asserendo, confir-  
 man-

mando, describendo vocem sufficere planam, in refutando vero, disceptando, & exprobando aliquantisper concitatem reqviri. Leniori item in adhortando, commendando & dehortando, in exprobrando vero vitio & comminando fortiori pronunciatione opus esse. Tandem subjectum afflictum, vel miseriā lamentabili qvadā voce proponendam ducimus, consolationem vero hilari plane & qvāsi tripudiente lingua subjungendam censemus.

## Aph. III.

*Actio Concionatoris sit gravis  
et apta.*

Enθεοις.

**A**ctio, cēu eloquentia qvædam mutata, oratori sacro non plane est negligenda, modo *gravitas Theologica aptitudoque naturalis*, & sic in genere prudens illius observetur moderatio. Commendant hic nonnulli juvenibus,

L 3

ut

ut exemplum celebris cuiuspiam Ora-  
toris Ecclesiastici imitandum sibi pro-  
ponant, eundemque ad vivum quasi ex-  
primere satagant, qvod non plane im-  
probamus, modo talis orator eligatur,  
qui ad ingenium nostrum, naturalem  
que aptitudinem, prope satis accedat.  
Alias rectius hic facere statuimus, qui  
Eclecticos hac in parte agunt, inqve hoc  
illud, in alio aliud, qvod genio suo con-  
forme est, imitari student.

## Aphor. IV.

*Memoriae subsidia sunt devo-  
ta precatio, παρησία, or-  
dinata dicendorum consi-  
gnatio, eorundemque at-  
tenta & repetita perle-  
ctio.*

Ex 9e

**F**ieri haud raro solet, ut concionatum, si vel maxime in elaboranda concione omnia diligenter ab eo observata sint, circa habendam tamen eandem, summe solicitum teneat imbecillis memoria, his proinde subsidiis roboraanda. *Primum* nempe omnium & præcipuum subsidium est *devotæ* ad Deum *precatio*, a qvo solo hoc donum cœlestè petendum & expectandum, ut prompte proferas, qvæ pro suggestu sacro dicere præsumisti. Vitanda enim studiose est illa nonnullorum temeritas & oscitantia, qvi, viribus suis nimium confidentes, tremendum hoc negotium absqve omni plane cura & solicitudine suscipiunt. *Alterum* memoriæ subsidium est *πραόπνοια* & Magnanimitas in Deo, auxilio Spiritus Sancti, & promissiōni divinæ innixa, nimiæ nonnullorum anxietati & timiditati, pernicioſissimo plerumqve recordationis obſtaculo, opponenda. *Tertium* est *ordinatio* & *ad dicendorum consignatio*, qva ipsa qvoqve

que memoria in ordinem quodammodo redigitur, dum invenit in ea certam quandam, cui se accommodare debet, regulam. Huic si accedat quartum, attenta nimis & repetita aliquoties perlectio, vix tam infelix cuiusquam erit memoria, ut non *realium*, ut vocant, ordinem sibi ita imprimat, tantumque insuper verborum capiat, quantum satis est. Sed & haec perfectio, ut eo fru-  
ctuosior evadat, ab aliis per annotationem argumentorum praecipuorum, *realiumque*; potiorum, vel subductis lineolis in contextu, vel ad marginem factam; ab aliis per privatam, & voce clara factam concionis, recitationem & repetitionem, adjuvatur & perficitur. Quemadmodum nunc ea, quae hac ratione oritur memoria *localis* optima est, vix unquam tam vehementer confundenda, ut vel maxime haerens, nesciat plane, quid jam jam dicta s. immediate & immediate sequatur: Ita ex adverso illam memoriam *localem*, quae certis templi, vel partium templi, locis juyatur, & singu-

singulis partibus concionis, vel etiam  
argumentis dicendi præstantioribus,  
singulos angulos templi tribuit; ut &  
memoriam *arte factam*, judicio tan-  
dem, ac ipsi etiam memorie pernicio-  
sissimam, fideliter dissuademus, illud ad  
extremum monentes, ut qvivis in quo-  
vis, & hoc præcipue sanctissimo  
negotio tribuat nobis  
scum

**SOLI DEO GLORIAM!**



Erra-

# Errata potiora.

- Pag. 7. lin 4. lege II. Tim. III, 5.  
8. lin. 18. lege :  $\chi\epsilon\nu\delta\omega\zeta\alpha$ .  
13. lin. 11. deleatur punctum.  
71. lin. 12. lege : delibanda.  
95. lin. 8. lege : referuntur.  
97. lin. 7. lege : exemplis.  
98. lin. penult. pone post 3. pun-  
ctum.  
99. lin. 9. lege : Solatur, lin. 20.  
lege : Huc referuntur.  
100. lin. 11. lege : Genera.  
101. lin. 13. lege : Speciebus.  
118. lin. 6. lege : singula.  
128. lin. 12. lege : significationem.  
155. lin. 14. lege : Cap. VII.  
177. lin. 18. lege : p. 103.  
180. lin. ult. lege : provenit.  
181. lin. ult. lege : enucleetur.  
195. lin. 1. lege. §. XI.

Reliqua, ut B. L. ipse emendet & fe-  
stinationi concurrit, humanissime ro-  
gatur.






Fl. 7325

(X2258273)

VH17





M.JO.HIERON.deWEDIG,  
Ecclesiastæ Wittembergensis,

HORÆ  
HOMILETICÆ,  
Hoc est

*Hab. t. 1,*  
PRÆCEPTA

# CONCIONATORIA,

Privatum hactenus tradita,  
nunc vero *immatis*.

In usum Dnn Auditorum  
typis expeditum



### Wittembergæ Saxonum,

Apud MEYERUM et ZIMMERMANNUM.

M. DCCI